subito pmutāt. ¶ Ad secundū dicendū dupliciter. pmo qđ Auic. nō uult dicere qđ ista accidentia faciant dñari caliditatē. sed uult dare duas cās ppter quas materie. qñq͂ expellunt̄ que pri⁹ non expellebant̄. una cā est. quia calor modo dñatur & prius nō dñabat̄. Et h° pōt fieri ppter multas cās quas narrare essꝫ prolixū. Alia cā est subitus motus in calore & spiritu ex quo accidit materiā moueri que prius nō mouebat̄. unde calor mouet̄ ad eius expulsionē. Secūdo mō possum⁹ rñdere qđ Auic. det unā cām. s. uictoriā uel dñiūꝫ caliditatis in corpore sup materiā. Et ista uictoria fit ex subito motu ppter accidētia aīe. Contingit enim qđ ex aliquo irascibili uel timoroso uel gaudioso. calidūꝫ cōmotū subito fortificatur. & hoc uel ut uindicꝫ ut ī ira uel ut pseq͂tur ut in gaudio uel ut se defendat uel preuideat ut in tiore. Calidū autē quasi uigoratuꝫ expellit materiā. imo cōmouet̄ materia in accidentibus anīe. que prius quiescebat & ipa cōmota stimulat ad expulsionē et necessitat. Virtutes autē naturales necessitatē assūmētes uehementius operant̄ ut Gal. i commen° quarti pulsuū pmo commen°. Et ideo uisi sunt qdā liberati a fortib⁹ egritudinibus materialibus ppter timorē & alia accidētia anīe ut innuit Auic. lib° prio fen 3ª de exercitio 2° cap°. undē dicit. Nauib⁹ ferri i mare altum ē forti⁹ i remouēdo egritudīes quas nominauim⁹ pptērea qđ z^m animaꝫ letitia & tristicia diuersificant̄ &c̄. & Rasis . 18. conti. ca°. de q͂rtana dicī qđ apud indos est expertum quod inuadere quartanarium ense euaginato & facere qđ serpentes aggrediāt̄ eos extractis dentib⁹ ꝙ curat. & hoc nō est nisi inducēdo timorem et motū faciēdo subitū in calore naturali. uñ dominatur sup materiā. Considerandum qđ ex isto canone Auic. habꝫ tria. unū est quomodo ex accidētibus anīe pōt fieri paralesis. potest etiā haberi quomō ex accidētibus anīe cōtingit qñq͂ curari paralesiꝫ. Nā materia hūida ii est in uenis potest moueri ad neruos & facere paralesiꝫ. Sꝫ si homo est actu paraletic⁹ pōt materia faciēs paralesiꝫ ppter accidentia anīe moueri ad exteriora & liberabit̄ homo. Et ideo littera potest aliter exponi ut dicat̄. multociēs expellit̄ materia humida. s. que facī paralesim ad extremitates. s. extra & recedit a neruis. unde homo liberat̄. Tertiū qđ ex h° habet est. q͂a si natura ex ipetu accidētiū anīe pellit materiā ab una pte ad aliaꝫ. qd igit̄ mirabile ē ꝙ pellat fiñ ill⁹ ad unā ptē nuche & nō ad aliā. ¶ ET SCIAS. Hic pticulari⁹ inuestigat cāꝫ & modū z^m quē cōtigit totū paleticari aut medietatē aut ptē. & p° qñ nocumētū & materia ē in cerebro. secūdo qñ est ī nucha. tertio qñ ē in neruis. Ibi secūda. Si autē sunt. Ibi 3ª qđ si nō fuerit. ¶ Considerandū dixit lesio & materia. quia lesio a cā materiali. q͂a iste cāe pprie faciūt has diuersitates in paralisi ut sup apparuit ul⁹ dixit lesio q͂tum ad cās pmitiuas quasdaꝫ ut ē pcussio. & materia q͂tum ad cās huōrales. ¶ Cōsiderandū qđ p meatus Auic. itelligit uias in substātia cerebri directas ad pncipia neruoꝝ. dicit g° si lesio & materia sunt ī uno latere uel in meatibus uni⁹ lateris paraliticat̄ ps illa corporis & medietas faciei & patet. ¶ De secūda pte dicī qđ si lesio & materia sunt apud origineꝫ q͂a in pn° totius nuche & utriusq͂ ptis eius. totuꝫ corp⁹ paraliticat̄ pter faciē. Et cuti capitis accidit stupor si phibet̄ q͂a phibet̄ &c̄. quia nerui dātes sensuꝫ illi cuti nascunt̄ a ceruice. i. collo. s. a secūdo pari. ut ostēdim⁹ pmo can. fen. i. ca° de ano^a. neruoꝝ a nucha. Si aūt sunt. s. nocumentum & materia ī latere. s. uno nuche cōicat &c̄. patꝫ. Quod si sunt descēdētes. s. lesio & materia ab origine submergendo. i. totā nuchā scđm pfūditatē ibi capiendo uerbigf̄a ī loco renū aut ī latere uno. s. nuche molificat̄ & pro. i. paraliticū fit qđ sequitur &c̄. q͂a una ps uel oia infra illū locū. ¶ Qđ si nō fuerit. s. nocumentū siue paralisis mollit̄ &c̄. siue ī toto quia ī pn° uel in toto. q͂a per totū neruū materia inbibat̄. aut in mediate. quia ī uno ramo p° in pte. s. nerui apropīata mēbro ppter illud ꝙ uenit ad ipm. s. mēbruꝫ de illo. s. neruo leso. q͂a lesus ē cū p illū nō uadit spirit⁹. leso dico ppter materiā &c̄. suple aut ppter alias cās sup dictas. sed dixit plus de istis tribus. q͂a plus cōtingit ex his apropīari nocumentū neruo. ¶ Paralisis ostēdit q͂ modo paralisis sequat̄ q͂sdam egtudines. Et primo qūo accidat ut crisis colice. secundo ut crisis febriūꝫ acutaꝝ. Ibi 2ª. Et est paralisis. prima ī duas. p° pmittit. 2° pbat. Ibi secūda Nam qdā qđ primo dicit patꝫ. & declarabit̄ statim. Nā prio pbat p auctoritatē. 2° p rōeꝫ dando modū. Ibi 2ª. quasi dicī. primo qdaꝫ. s. Aliab. viiij. terapē. viiij. ca°. auctoritate Pauli. ¶ Cōsiderandū ꝙ hoc qđ dicī aliquib⁹ annis pōt dupliciter exponi. primo aliq͂bus ānis. s. sup hoīe. quia homo pluribus ānis sit passus colicā. alio mō aliquib⁹ ānis. quia sit egritudo sequēs cōstitutionē anni. & sit q͂si pestilētialis. Et hoc uidet̄ cōforme dicto Auic. in fra fen. xvi. de colica. p° cap. cuꝫ dicit. Et qñq͂ accidit colica & yleos z^m semitā accidētie egtudīnū pestilētialiū. ¶ QVASI ENIM. Hic pbat per rōeꝫ & arguit sic. Materiā colice natura pōt pellet̄ đ iteriorib⁹ ad exterio^a

ergo pōt colica termīari per paralisim. imo cū iac hāc expulsionē multū sequit̄ paralisis añcedēs est notū ex prin° isto q̄ materie ab ultīa superficie corporis pūt intus trahi ut 3° de uirtutib⁹ naturalibus penul.ca°. ergo m̄l' tomagis ab itus ad extra.cōsequētia ē nota. q̄a qn natura mouet materiā colice ad exte riora nō denuntiat siue ostendit nisi forsan ra ro talē euacuationē cū sudore.immo hoc esset ualde manifestū.& ostenderet̄ maxīa poten̄ uirtutis.ergo illa materia stās ī neruis.faciet paralesiz. Et hoc est qđ dicit q̄si eniz natura expellit neruis.i.ad neruos &c̄. Dubitat̄ de modo ꝓuentus materie colice ad loca ī quib⁹ faciat paralesiz. Dicūt quidam qđ colica fit qn̄q̧ ex materia flegmatica a cerebro ad inte stina fluente.cōtingit ergo qđ natura illā ma teriā diuertit qn̄q̧ & pellit ad neruos. Ali⁹ modus dicēdi est qđ materia stans circa inte stina.s.materia humoralis pōt a natura mo ueri uersus spōdiles & penetrare in nucham uel ꝑncipia neruoꝝ.ul' moueri uersus neruos sparsos per corp⁹.& fiet paralesis. Et tu ui disti in fratre de ordine ꝑdicatoꝝ.Nec est no uum tales expulsiões fieri ut apparet in com mento afforismi septie pticule.q̄bus iter fre nes &c̄.Et fen xiiij.cap° de cāis ydropisis. Ex quo apparet qđ talis paralesis fit ꝓprie in colica humorali nō in uentosa siue fecali. Materia autē istius est flegmatica licet nō sit impossibile etiā si esset colerica.imo uidetur qđ secūdū iudi^m^ quorūdaz medicoꝝ materia faciēs istā colicā que terminat̄ ad paralesim sit materia calida.unde curabāt illā colicam cū frigidis.& ꝑseruabāt ab epi^a^ & palesi· ut scribit Auic.fen.16^a^.prio cap°.Illa ergo para lesis esset ex opilatiōe facta in neruis ex mate ria illa q̄uis sit calida.Ego autē uidi nouā pa ralesim in matheolo de alisio.habuit eniz iste duritiem & magnitudinē splenis que perue niebat usq3 sub umblico & usq̧ ad dextram incurrit paralesiz fere toti⁹ corporis et scabiē fedā & cessauit splen pfecte.Et cū euacuatiōe m̄l'ci hūoris curatus a paralesi & scabie. Ex q̄bus apparet ꝙ lz paralesis utpluri^m^ fiat a flegmatica materia.pōt tn̄ fieri ab omni hūo re.quia q̄libet pōt opilare ut Auic. dicit sup̄ fen p^a^ ca°.đ q̄litate accidēti soda ex materriis Et multociēs. Causa est secūdū quosdā.quia nerui motiui sunt magis porosi sed sensitiui sunt magis stricti in poris.Indigēt.n.motiui nerui pluri spiritu & calore q̄ sensitiui Et iō materia colice expulsa ad extra pl⁹ recipit̄ in neruis motiuis q̄ sensitiuis in utrisq̧ tn̄ pōt recipi &c̄. ¶ ET EST. Ponit quēdaz cañ. & ꝑmo ꝑmittit.secūdo declarat.ibi secunda.

ET ILLVD. Considerandū ꝙ p egritudīes acutas intelligit apostemata cerebri siue cali da siue frigida.Intelligit ēt fe.continuas sine apostemate.quia p expulsionē materieꝝ haꝝ pōt fieri paralisis ut notū ē. Et illud declarat determinādo se ad acutā febrē cui⁹ reliquie remanēt in partib⁹ cerebri.& hoc uel quia eg tudo fuit in cerebro ut frenesis.uel q̄a p par tes cerebri natura facit crisiz impfectā ꝑpter debilitatē ex etate uel ꝑpter debilitatē ex acci dēti uel natura dixit remanet post statum q̄a post crisim illā impfectā soda &c̄.Deind̄ ex pellit ipm.s.residuū expulsiōe grauita is.i. difficultatis quia grauiter & difficulter expel lit & non perfecte potens &c̄. quare accidit paralisis & similia.q̄a posset fieri alie crises pmutatiōis ut apparet quarto can.fen 2^a^ pri mo ca°. Quod aūt paralisis possit accidere. ut crisis frenesis apparet p Aliab.viiij.theori ce.viiij.ca°.& paralisis i fortitudīe frigoris quia debilitat calidū & multiplicat flegma dicit post q̄nquaginta &c̄.quia flegma mul tiplicāt & patet ꝙ dicit. ¶ PARALETICI AVTEM PVLSVS. Pōt dici quod hic ī cipit ponere signa & ꝑmo generalia.2° spālia scd̄m diuersitatē cāꝝ.Ibi 2^a^. Illa autem.pri ma in duas.ꝑmo ponit sig^a^ significātia eam. secūdo docet ꝓnosticari. Ibi 2^a^. Et quodcūq3 mēbrū.Prima in tres.ꝑmo ponit sig^m^ sump tū a pulsu.2° ab urina.3° iteꝝ a pulsu in qua dam dispōe. Ibi 2^a^. Et urina.ibi 3^a^. Et qn̄q̧ accidit uel aliter pōt dici qđ hic Auic.ponit q̄s dam canones cōpletiuos.ut suus modus ē in fi.capituloꝝ. ¶ Circa ꝑmā ptem diceret ali quis q̄ uirtutē frangit.i.debilitat paralisis. ¶ Secūdo.d.quis ipe ꝑmo dicit.qđ est rarus postea dicit ꝙ est frequēs. ¶ Ad ꝑmū dicēdū qđ paralisis frāgit.i.deiecit uirtutē uitalem quia ꝓprie ē passio frigida & humida.unde spiritus uitalis in corde uel artariis in calorē remittit̄ ¶ Fit ergo pulsus debilis tardus.& rarus ꝑpter debilitatē uirtutis & ꝑuationeз necessitatis. ¶ Possum⁹ ēt dicere qđ debili tat aialem uirtutē & sic mollificat̄ pānicl'us tegēs artariā.& iō non pōt apparere pulsus debita magtudo nec fortitudo ex hoc. ¶ Ad secundū dicendū qđ freqn̄tia non est cōnatu ralis pulsui paraliticoꝝ.Sed qn̄q3 aduenit cū multū cadit uirt⁹.& iō sua frequētia ē uicis situdinaria.i.aliq̄ uice adueniēs.& non ē hn̄s ordinē nisi ut cōtingit cadere uirtutē.Et hoc est qđ dicit.& fit freqn̄s pulsus.s quādoq3 Et eueniūt ei uicissitudines .s.in freqn̄tia.q̄a aliquādo siue aliquib⁹ uicibus fit ista frequē tia.ut cū cōtingit uirtutē multū cadere sine or dine &c̄. ¶ Alij exponūt uicissitudines idest

frequētes pulsationes. Que uero dicta sunt sumūt a Gal. i cōmento pulsuū tractatu.i ij. .xvj.cōmēto Et ab Auiaba.vij. theorice .viij. ca°. ¶ ET VRINA. Hic ponit z^m cañ. Et du bitat an urina cum albedine aparēs sit grossa uel subtilis. ¶ Respōdet Albert⁹ qđ subtil⁹ quia flegma qđ istā urinā igrossaret tendit ad alia loca.s.ad neruos ¶ Aliter dicerdū qđ cōtingit istā urinā esse subtilem qñq ꝑpter opilationē.et quandoqȝ grossam propter do minium flatis cuius pars etiam cū urina pōt expelli q̄uis ps opilauerit neruos. ¶ Consyđ randuȝ qđ quatuor causas ponit ꝑpter quas urina pōt esse rubea in paralisi. Cuȝ enim pa ralisis sit morbus frigidus.debet esse causa albedinis in urina. Si ergo urina sit rubea est propter alterā causarū prima quia cōiungat eis debilitas renum in discernendo sanguineȝ ab aquositate.uadit.n.urina ad renes cū aliq̄ parte sanguinis ut īfra fen.xviij. primo cap° Ista auteȝ debilitas quandoq est accidentalis .i. accidētaliter cōiuncta paralisi.qñq est ꝑp ter cām ex paralisi. ut cū cōtingeret pāniculū colotoriū relaxari & molificari.ut non possit fieri urine colatura debita. Secūda cā est debi litas uenaꝝ.s.post epar ab attractiōe sangui nis. unde remanēs i epate pōt tingere urinaȝ uel debilitas uenaꝝ.s.epatis ab attractione.i. mūdificatiōe sanguis ab aq̄sitate. ¶ Tertia cā est aliq̄s.dolor q forasse eis accidit ¶ Quar ta cā est ꝑpter egr̄tudinē eis ꝑpinquā.i. ꝑpter febrē scđm q̄sdam.tñ febris nō uidet dispo sitio eis ꝑpinqua. ¶ Dicendū g° qđ itelligit ꝑpter hoc uel opillatiōnē i uenis. unde sequē te putredine fit tīcta urina.uel itelligit opilla tiōnē in porofelleo & circa faciē intestinoꝝ ex multiplicato flate in eis. unde colera retenta tingit urinā. Has cās ponit Auic.in sermōe co muni.p̄mo can.fen.z^a.ca° de signis sumptis a colore urine. ¶ ET QVANDOQVE. Hic ponit 3^m can. Et dubitat quō unuȝ latus pōt esse frigidū & aliud calidū. ¶ Respōde tur ꝙ paralitico existēte uno latere pōt sup uenire febris.ex qua apparebit in pte sana ca lor.sed in pte paraliticata cōmouebit flegma quo cōmoto imp̄mit sensus frigoris. Sic ap paret etiam in febre in qua extra sentit frig⁹ & intus calor ¶ Iste modus dicendi posset calūniari.qa forsaȝ sta faciens paralisim non est modi illius.cū sit sta subtile aq̄sum magis Aliter pōt dici qđ i uenis alicui⁹ possunt esse humores flegmatici crudi.& humores coleri ci & natura ad unū lat⁹ pellet coleram.& ad aliud sta.in latere ergo frigido erit pulsus đ iectus.i.puus debilis tardus rarus ad hoc.i. intātū qđ cogunt ip̄m.s.latus iudi^a eius fri gida.i.iudicare qđ sit frigidū.ul⁹ iudi^a.i.sig^a frigida.qa apparēt cum hoc alia signa frigidi tatis. Et ita intelligendū est econtra qđ i late re calido apparet pulsus uelox & freq̄uēs & iudi^a caloris.qa ad tactū sentit calor et appa ret rubor. Et qñqȝ peruenit ad ho: ut oculus minoretur. Dubitat q̄s oculus minoratur. Respōdet Bertuti⁹ qđ ocul⁹ opposit⁹ oculo partis in qua est paralesis ¶ Iste sermo nō ē ad mentē Rasis. Nam.xviij°.cōtinentis cap° de mirabilibus in fine.dicit qđ oculus ptis fri gide ē ille qui est minoratus. Et Auic.fen 3ª hui⁹ ca°.de ꝑfundatōe oculi. Respondet Al bertus qđ oculus partis paletice ē minorat⁹ & rōem assignat. Naȝ oculus partis paraleti ce paraleticat.& tūc oculus san⁹ trahit ad se oculū paraleticū.& sic oculus paraletic⁹ trahi tur intus ¶ Iste sermo ē ualde corrupt⁹. Naȝ cum accidit oculo paralesis. tūc neru⁹ obtic⁹ & musculus cōtentiuus relaxātur.& tūc ocu lus exit extra.uñ infra fen 3^a ca°. đ exitu ocu li. Auic.ponit unā cām mollificatiōis. Nec il lud qđ dicit est uerꝫ.qđ pars sana trahat par tem mollificatā ut apparebit infra ca°.đ tor tura. Et qualiter illud debeat intelligi ibi di cet ¶ Dico ergo qđ qñ una pars corporis in frigidat tūc pōt in parte illa esse paralesis. Et si pars faciei paraleticata fiat oculus illius ptis exibit extra.qa relaxabit.tñ cum hoc pōt minorari si paralesis sit mala. unde deficiat oculi nutritiua.stant ergo ista simul ꝙ ocul⁹ paliticet & qđ extra relaxet.sicut manus pa raletici macresit & relaxat. Pōt etiā in parte illa frigida fieri spasm⁹ & pōt spasmari col lum & musculi oculi.& tūc oculus retrahit i tus. Et hoc modo uidet sensisse Rasis .xviij. cōtinentis ¶ De hāc autē materia scripsimus fen 3ª huius ca°.de minoratiōe oculi & ꝑfun ditate.ubi scripsim⁹ hac auctoritatē ex inten tiōe Rasis. Et idē ponit Auic.ibi & p̄mo cañ. fen secunda capitulo de pulsu complexionum ¶ ET QVODCVNQVE. Hic ponit q̄rtū cañ.& patet. Causa hoꝝ est.qa qñ stat habi tudo membri & color.significat sanitas uita lis & naturalis uirtutis.& iō spes ē đ cura. ¶ AD PARALESIM ¶ Hoc apparet ex dic tis sup̄. Sȝ i mliere cui⁹ matrix p̄focat aggre gari pñt materie frigide.& exīde pelli ad ner uos. Et sic pōt fieri i febrib⁹ tpalib⁹.i.ꝑlixis. ¶ PARALISIS VERO. Hic ponit quintuȝ can. Causa est.qa dislocatio spondiliū non re ctificat nisi raro.s.si sit parua ualde.ut sumi tur fen q̄rta quarti can. ¶ AB ICTV.i.per cussiōe uel ipulsiōe nō cōterēte neruos uehe mēter. ¶ QVANDOQVE. sanat.s.si ꝑ ueniat anq̄ cōtritio neruoꝝ attrahat corrup

tionē in eis. Si eīm corrūpat̄ in locis cōtritis uel sit cōtritio fortis disrūpens neruos nō est spes ut sanet̄. Et ideo ne cōtussio uel cōtritio attrahat corruptionē & apostema ē incipiendū a flobotomia pmo opposite partis.

¶ ET IAM Q VIDEM diximꝰ. s. capº de apostema. & in hoc capitulo.

I LLAM ¶ Hic ponit signa paralisis. & pmo eiꝰ cuius cā ē phibitio penetratiōis spiritus ad mēbra. zº eius cuiꝰ cā est corruptio cōplexiōis phibētis ipressionē spiritus. 3º addit cañ. Ibi zª. Et si est eius cā malitia cōplexionis. Ibi 3ª. Et dicitur ¶ Ad pmi euidentiā cōsyderādū qđ spiritus retētio pōt fieri. uel a causa extrinseca uel intrinseca. Primo gº ponit signa paralesis huiꝰ a cā extrinseca. zº itrinseca. Ibi secūda. & si est cū apostemate. Ponit ergo sigª eius que fit a tortuositate. s. spōdiliū a tortuositate. i. cōstrictiōe facta a ligatura. & eius que fit a cāu & similibꝰ & ē notū Consyderandū qđ aliqñ neruo pfundo & remoto a loco pcussionis accidit qđ incidit̄ siue rumpit̄ & ignorat̄ hoc. Et accidit. qa gladiꝰ fuit acutus tendēs ad ptem distantem a loco percussiōis. ita qđ nō credit̄. accidit etiaȝ. qa in actu casus ab alto. aliqñ homo euidēter percutit unā ptem. & tñ neruus distans rumpit̄ ex comotiōe. hoc etiā ocultat̄ medico. Signuȝ ergo est qa subito sicut fuit pcussus uel cecidit. facta est ibi paralesis. & nō confert cura. que autē paralesis recipit curā. s. plus ē que nō est a sectiōe. i. incisiōe nerui. sed est cū apostemate & similibꝰ. s. cāis corporalibꝰ. Quasi uelit Auic. dicere qđ paralesis ex incisiōe totali nerui nūq̄ curat̄. qa nō reunit̄ ille neruꝰ taliter qđ spiritꝰ trāsire possit. Sȝ paralesis q̄uis sit ab apostemate & aliis causis plꝰ potest curari. Ego uero audiui mirabilia đ neruis incisis que hic nō recito. ¶ ET SI EST Hic ostendit qñ retētio spiritꝰ fit a cā intrinseca. & pmo ponit signa paralesis p se uenietis. zº ponit signa paralesis cretice accidentis. Ibi secūda. Et si sit. Pria in q̄tuor. Nam pº ponit signa paralesis facte ab apostēate. zº facte ab humiditate nō apostemāte. 3º ponit signa facte a tortuositate. q̄rto ponit signa modi se habenti materiā. Ibi zª paralesiȝ autē. Ibi 3ª Factā uero. Ibi q̄rta. Et si materia. Prima in tres. pmo ponit signa parelesis ab apostēate calido. zº ab apostēate duro. 3º a molli. Ibi zª. Et si. Ibi 3ª. Si autē. ¶ Quod dic̄ ī pma preest notū ¶ Circa zam ptem diceret aliquis. Si apostema durū esset intus uersus nuchaȝ. uel etiā uersus pfundū corporis qūo per tactuȝ posset discerni ¶ Dicendū dupliciter. pmo ꝙ

nō loquit̄ de illis apostēatibus duris itrisecis sed qñ sunt extra. s. circa loca spōdiliū uersꝰ extra. uel in aliquo manifesto loco corporis. Vel dicendū qđ ī quocūq̧ loco sit neruꝰ q ex illo apostemate duro ledit̄. q̄si pcipitur durꝰ in sua ramificatōe. & sic corde & paniculi cōpositi ex illo. unde Auic. cōsideratio sensibilis in neruis. s. quia apparet aliqua durities.

¶ DOLOR ANTECEDENS. ¶ Dic̄ Albertus qđ dolor antecedit qñ hoc apostēa duruȝ fit per uiā defluxus. qa materia fluens soluit continuū. sed si materia cōgreget̄ per uiā congestiōis nō fit dolor. Nam accidit per ipsam. i. per ipm dolorē tortuositas. i. porọꝝ opilatio. uel apostēa calidū su. ex qbus fit palesis. Ista expositio est mltū rudis homini itelligēti in pncipiis medicie aliqd. & ideo eā non reprobo. ¶ Dico igit̄ qđ cū apostemate duro. s. melēcolico uel duro. quia cū duritiebꝰ neruorū nō ē dolor actu. ut apparet fen zª pmi libri. & fen 3ª. quarti can. Quandoq̧ tñ ante huius apostemata dura & huiꝰ durities fiūt dolores. ut cū apostema duꝝ fit ex pmutatione apostēatis calidi. tūc eīm accedit dolor. Similiter cū huiꝰ durities fit in neruis siue cordis siue iūcturis ex distortiōibꝰ. qa tūc fit dolor. Sed cū in loco distorto fit inodatio & induratio materieꝝ. unde apparet apostēa durū s. dictū nerui durities tūc cessat dolor. Et hoc est qđ uult dicere Auic. dolor añcedens. s. nō cōiunctꝰ actualiter. sed pcessit. & hoc scđm plurim. Nā secundū plurimū accidit p ipaȝ. s. duritiē que facit palisim p ipam dico. quia ante ipaȝ tortuositas. i. cōtorsio circa spōdiles uel iūcturas alias uł cordas. aut apostema calidū ex qbus sequit̄ durities. s. apostemª duꝝ uel sibi simile. uñ pōt fieri paralisis.

¶ SI AVTEM sigº est difficilis. quia ualde cōuenit cū paralisi a materia flegmaª sparsa zm quasdā dispositiōes. quia tpre putredis materie flegmatice mollis &c̄. Ab augmēto doloris &c̄. Nam qñ homo moueт̄ circa locū apostematis sentit dolorē cū q̄escit q̄etatur.

¶ ET CIBOS. quia mala cibaria faciūt in loco sentire dolorē uel quia post repletionē sentit dolorē. ibi. ¶ EVENTVS nō fit subito. Contra. qa materia pōt subito fluere. Respōdet albertus. qđ hoc apostеª si accidat p uiā defluxus fit subito. sed p uiā cōgestionis nō fit subito. ¶ Aliter dicendū ꝙ compat euētū apostematis flegātici fluxi ad euentū apostematū calidoꝝ que magis subito fiunt.

¶ ET EX oībus. Exponūt. i. cū omnibꝰ signis apostematis flegmatici. ¶ Aliter. tñ dicemꝰ ꝙ Auic. hic poīt signū quoddā cōe oībus speciebus paralisis frigidis ab apostematibꝰ siue

calidis siue duris siue flegmaticis. Nā patiēs qn̄ uult mēbꝝ suū paraliticatū ex apostēate mouere. sentit q̄ si sit aliqd̄ ꝓhibēs in lo° apostematis ut notū est. unde & ex oībus istis. s. apostematib⁹ &c̄. Paralisis sentit. s. medicus uel infirm⁹ qa iudicat to^m mēbrū esse remollitū. nec affirmat ꝓcipuū locū passiōis cū ulꝫ mouere & nō pōt. FACTAM uero. Hic ponit sig^a paralesis facte ab huōre nō apostemāte & patꝫ. Grossitudo neruoꝝ est eoꝝ ingrossa° siue īduratio in aliq̄ parte ut fiat ibi sicut nodus. unde ī reliq̄ neruo sensus & motus impedit̄. Et de hac dixit sup̄ cum dixit qn̄q, cōtrahunt̄ pori ꝑpter grossitudinē substātie mēbri. Vel posset dici grossitudo. i. īduratio in toto neruo. Sig̃ficat̄ g° talis paralisis .i. ꝑuatio sensus & motus. quia si membrūꝫ cōtrahat̄. quia hoc faciat eger uel alius tūc nō faciliter reuertit̄ ad dilatationē. Et hoc qa siccitas illa seruat for^{am}. et mēbꝝ paliticū nō apparet molle sic ut in natura paralisis que est ꝓprie mollifica°. & dicit̄ absoluta paralesis. Ista enīꝫ paralesis nō est pura. immo est cuꝫ quadam duricie & quandoq, tensione.

ET SI. Hic ponit signa modi se hn̄di materie. Et ꝑmo ponit signa qn̄ materia flegmatica est cū sanguis habundantia. z° qn̄ est nuda .s. a. sanguine sepata. Ibi z^a. Si uero. Dicit ꝑmo qd̄ signat eam guideꝫ. i. uene colli que apparēt plene. & uene. s. reliquę. & oculus. s. rubeus &c̄. PREDICTE. Multociēs .s. ꝑ° libro fen. z^a cap° de signis dominiꝫ humorūꝫ & pluries fen ꝑma huius Q d̄ dic̄ z° patet. ET SI SIT. Hic pōit signa paralexis crescente uenietis & patꝫ etiam. ET SI EST EIVS CAVSA. Hic ponit signa paralesis facte a corruptōe cōplexiōis. unde mēbra non suscipiunt impssionē spiritus. hec autē cōplexio erat frigida & humida. Et dicit ꝙ palesis ab hac cōplexiōe non accidit subito. Contra quia subito pōt homo īfrigidari ab opio uel aere. Respondet Albertus qd̄ loquit̄ d̄ mala cōplexiōe facta a cā intrinseca. Sermo iste nō uidet̄ intelligi aliter nisi qd̄ mala cōplexio facta ab hūore frigido & hūido ut a flegmate nō accidit subito. Et hoc est cōtrariū ei⁹ ꝙ dixit sup̄ ꝑmo cap° huius fen. Etiā ista cōplexio frigida & humida nō est singularis. i. sine materia. Nisi forsan uellet intelligere d̄ mala cōplexiōe frigida & humida q̄ īpressit hūor & remāsit post humoris euacuationē. Aliter igit̄ dicendū qd̄ loquit̄ de mala cōplexiōe sin̄ materia que ꝓuenit a cāis extrinsecis ut aere potu medicinaꝝ frigidaꝝ & similibus. Et cōparat eam ad impssionē factā a cāis extrinsecis facientib⁹ paralesiꝫ per uiā solutionis continuitatis. paralesis enīꝫ facta a solutiōe continuitatis cuꝫ ferro magis subito accidit q̄ hec. & tamen ambe fiūt a causa primitiua.

NEQVE SVNT SIGNA ALIA. scꝫ de apostematibus uel materieb⁹. ET IVDICATVR PER TACTVM. Quia apparet frigus & humiditas. ET PER RES AGENTES. i. per iuuātia & nocentia. uel ꝑtes agētes. i. īprimētes istā malā cōplexiōem qa iste iuit ꝑ aerē frigidū uel potauit opiuꝫ. ET DICITVR. scilicet secundo cōtinētis. VRINA uiridis. i. s. ꝑ congellationē q̄ signat humiditates frigidas in corpoꝛ̄ que mote ad neruos faciūt paralisiꝫ aut spasmū. & hoc ꝑprie ī pueris. quia sunt debiles ī neruis ut ī cōmento tertiꝫ ꝓnosticoꝝ sup illo uerbo. spasmus cōtingit pueris &c̄. Et qa pueri possent mori ꝑusq̄ hoc fiat. & qa uiridis color possꝫ esse ꝑ uiā adhustiōis & nō sig̃ficaret palisim iō dixit. dicit̄ tamē uiridis uria: apud Auic. signat spasmū in pueris, ut ꝑmo can. fen. 3^a ca° de signis coloꝝ urine.

OPORTET ut. Iam notificauit paralisim. Hic ponit eius curam Et ꝑmo ei⁹ scd̄m se. secūdo ut cōiungit̄ febri. Ibi z^a. Et scias. Prima ī duas. ꝑmo ponit curā ī generali. z° ī speciali. Ibi z^a. Illa aūt que ē a tortuositate. Pri^a in duas. ꝑmo ponit curā ꝑ medicinas. z° ꝑ dietam. Ibi z^a in regimie aūt. Ptima ī duas. ꝑ° ponit can. curatiōis ostēdendo locū ad queꝫ in paralisi & q̄busdā aliis eḡtudinibus neruoꝝ maxie oportꝫ. itendere. Secūdo ponit can. ostēdendo uirtutes medicinaꝝ & tēpus q̄bus debem⁹ uti. Ibi z^a. Et nō ꝑperes Consideran dū qd̄ cā eius ꝙ ꝑmo dicit. est qa iste passiones ꝑprie sunt cōes toti corpori ꝑter mēbra faciei. uel cuꝫ sunt in maiori ꝑte uel in latere uno fiūt ꝑpter nocumentū factuꝫ in nucha & neruis motiuis ut Mesue ponit ca° de palisi siue tactiuis q̄tum ad stuporē inde exeūtib⁹. Et iō oportet qd̄ locus appositiōis medicinarū sit ꝑs posterior. & inde ēt intendas in euacuatiōe si expedit. ET NON. Dubitat̄ an sit ꝑperandū ī paralisi & similib⁹ cū fortibus. Videt̄ ꝙ sic. quia Rasis. viiiꝫ. almāso. ca° d̄ palisi īcipit curā cū fortib⁹ medicis. ut pillis fetidis. Ampli⁹ in apoplesia cū fortibus curamus statiꝫ a ꝑnci°. sed quedā paralisis pōt suffocare per ꝑuationē motus lacertorū pectoris & diafragmatis. In cōtrariū ē Mesue ca° de paralisi auctoritate Gal. & A. hic. Dicendū qd̄ ī cura paralisis & eḡtudinū materialiū neruoꝝ. nō ē festinādū a ꝑnci° cū medicis fortib⁹. cā est qa ista agitant materiā siue sint digestiua siue euatiua. Etiam

fortia euacuãtia deiciũt uirtutẽ nõ iuenientia
materiã aptã. & iõ oportꝫ tardare usum for
tiũ mediciarꝫ regulariter. Tamẽ coacte si pa
ralisis aut spasm⁹ minarent̃ subitã mortem
ꝑpter nocumẽtũ neruorꝫ hanelit⁹ possemus
a fortibus ichoare. Ex quo soluit̃ zª istantia.
¶ Ad primã dicendũ ꝙ Rasis ualde cõfundit
suas curas in illo nono & idigẽt declaratiõe.
& iõ cum dicit icipiem⁹ debꝫ itelligi ꝑmissis
aliis leuibus. quia illud ẽ ꝑncipiũ cur̃ fortis.
¶ Dubitat̃ z° qa in forti paralesi docꝫ tarda
re usq ad .14ᵐ. diẽ. Contra qa quãto morb⁹
est fortior tãto magis festinam⁹ cũ medicina
forti ut apparet ꝑmo can. fen 4ª ꝑmo capit°.
Dicendũ qđ omis paralesis flegmatica ẽ mor
bus nõ acutus. & ideo regulariter in usu for
tiuꝫ medicinarꝫ oportet expectare digestiõeꝫ.
Et quãto materia ẽ frigidior & grossior. tan
to magis oportet tardare usuꝫ fortiũ euacua
tiuorꝫ. Et ideo in paralesi forti. s. per materie
maiorẽ grossitieꝫ & frigiditatẽ tardam⁹ us
q ad q̃rtũdecimuꝫ. sed in paralesi de materia
nõ sic inepta tardam⁹ usq ad quartũ uel .7ᵐ
Ad cõtrariũ dicẽdũ qđ in morbo forti. s. acu
to qđ nõ dat spaciũ operãdi magis festinam⁹
Sed in forti. i. de materia forti grossa frigida
magis tardamus. Et in hac. s. in qua nõ potes
uti fortibus leniũt & digerũt. i. leuiter dige
runt ut decoctio organi uel maiorane. & nõ si
rupus de sticados Mesue. & soluũt. i. leuiter
soluũt ut Iera simplex. & nõ yere fortes. Vł
posset exponi leniũt. s. uentrẽ. & soluũt. s. non
laboriose. Et ideo subdit. Et cũ cristerib⁹. s. ñ
multũ acutis. deinde post illud qa cuꝫ potes
uti fortib⁹ ut post septimũ. uel. i 4. &c̃.
¶ IN REGIMINE ¶ Hic ponit curã ꝑ dietã
& patet ¶ Dubitat̃ qa Auic. docet ꝑcedere i
dieta de multũ subtili ad grossaꝫ cuius cõtra
riuꝫ ꝑcipitur in ꝑma ꝑticula afforismorum.
Dicendum qđ in paralesi ad cõsumptõeꝫ ma
teriarꝫ tendentiũ ad neruos & stantiũ in eis.
abstinẽtia multũ cõfert. & qa de crisi futura
nõ dubitam⁹ sicut i febribus continuis dubi
tamus. ideo possum⁹ statiꝫ a ꝑnci° facere eos
tollerare famẽ & sitiꝫ ad materierꝫ cõsũptio
nem & diuersionẽ a neruis. Regimẽ autẽ qđ
ꝑcipit. Ypo. ꝑma ꝑticula afforismorũ est in fe
bribus cõtinuis ꝑprie & in quib⁹ crisim &
statum expectamus. ¶ AQVA ORDEI
uel mellis. Ordei aqua est in estate & etate
calida cõuenienior. Sed aqua mellis in yeme
& sene. Etiã aqua ordei directe ꝑ neruis non
competit cum infrigidet. sed loco cibi & aliis i
dicantibus ut distemperantia epatis cõpetit.
Et ex hoc soluit̃ contradictio que uidet̃ inter
Auic. & Rasiꝫ prio continentis. qui potũ de
ordeo nõ laudat in egritudinibus neruorum.
¶ SI NON tolletauerit. In hoc cõsidera qđ
subtiliationẽ regis Auic. incipit cõsentiẽte uir
tute ¶ AVIVM. leuib⁹ ut ꝑdice uel auiculis
paruis. ¶ CIBIS sicis. ut carnes passerꝫ &
freguillorꝫ. & siccis per artẽ qa frixis. Deĩde
quia ex cibis siccis & siti cõsumet̃ multũ de
materia In mẽsis secũdis. s. loco fructuum.
¶ PINI magne. quia magis cõuenit ut sumit̃
z° can. ca° de gelone. ¶ Cõsiderãduꝫ ꝙ duas
cãs assignat. quare uinũ non competit. una ẽ
quia materias facit penetrare i neruis. ẽ eim
penetratiuũ ut apparet in cõmẽto affor. q̃nte
particule. Si inebriat̃. & ducit secũ materias.
Secũda cã ẽ. quia cõuertit̃ i acetũ in neruis. s.
qñ ẽ plurimũ. & hoc quia ibi stãs putrefit.
& putrefactio fac̃ i eo accetositatẽ ut quarto
de simplici medicia. Vel ẽt ibi existẽs leuiter
ebullit & incõplete. Et hoc ẽ cã acetosationis
ut apparet infra fen. 13. ca° de signis disposi
tionũ sto ¶ ACETVM uero ẽ &c̃. quia infri
gidat & mordicat ¶ ILLA auteꝫ. Hic i spãli
ponit curã paralesis. & ꝑmo eius que fit a cõ
torsiõe spondilium. z° eius que fit a materia
flegmatica. 3° eius que accidit scđm semitam
crisis colice. quarto ei⁹ que fit a solutiõe cõti
nuitatis. q̃nto eius q̃ fit a mala cõplexiõe sine
materia. Ibi zª. Si aũt fuerit egritudo ꝑ̃ipsa pa
ralisis. Ibi 3ª habẽtes uero illã. Ibi 4ª. Que
uero. Ibi 5ª illa uero. Excusat̃ aũt a cura pali
sis facte ab apostemate ꝑ id qđ dicet. & ꝑ il
lud ꝙ scit̃ de canonibus cure apostematum i
mẽbris locis. Excusat̃ ẽt a cura paralesis facte
ab induratiõe nerui siue igrossatiõe per id ꝙ
dictũ ẽ 4° can. fen 3ª de cura duritierꝫ & fen.
4ª. ca° de duritie & torsiõe neruorꝫ. Prima i
duas. ꝑmo excusat se a totali cura. z° aliquid
de ea ponit scđm qđ huic loco ꝑtinet. Ibi zª.
Cum tñ. ¶ Dicit ꝑmo qđ palesis q̃ ẽ a tortu
ositate. s. spõdilis & cõpressiõe. s. nerui a spõ
dili torto curat̃. scđm qđ dicet̃ postea &c̃. s.
4° can. fen 5ª ca° de dislocatiõe spondilis. Si
aũt ẽ. s. tortuositas & cõpressio a ꝑcussione
&c̃. est ꝑ̃na cura. qa forsaꝫ ipossibile ẽ redu
cere spondiles dislocatos. Et dixit hoc quia si
fiat a cã intrinseca ut apostẽate uel forti uẽto
sitate sic accidit gibbositas. tũc ẽ cura possibi
lior. ¶ CVM tamen. Hic ponit can. curatio
nis. z° remouet duᵐ. Ibi zª. Et fortasse. In ꝑª
parte ponit duos can. ꝑmus est qđ cõsideret̃
an materia q̃ trahit̃ apostem et an non. Et cu
ret̃ scđm qđ oportꝫ de cura apostematis uel
non apostematis. Secũdus can. ẽ qđ medicie
ponant̃ sup loco ꝑcussionis. & simile huic po
nit. ꝑmo de interiorib⁹ & infra fen. 4ª. prio
ca° in fi. & considera qđ hic can. ẽ uerus non

solū in paralesi ex pcussione. sed ēt ex opilati one uel alia cā apropriata prin° nerui. & ideo dixit qd oz scire origines neruorꝝ. & uerificat ēt can. siue iste medicie sint repcussiue prohi bētes apostema siue mollificatiue. s. sedatiue doloris & tensiōis. siue sint calefaciētes. opz enī qd sup loco patiente pncipali ponant. Et fortasse qa diceret aliqs pōt ne poni aliq̄ me dicina qnq̄ nō super loco. dicit qd sic ut cum intēdis trāsponere materiā ad aliud mēbrū. uel ad supficiē socij uel ad pfundū. tunc enī nō sup loco patiēte. sed super socio ponimus. uerbigratia uētosas. Et inuit in hoc Auic. qd si ad longinquius uel ad oppositū trahere ue lis pones medicamen in opposito. ¶ SI AV TEM Hic ponit curam paralesis que fit a flegmatica materia nō apostemante & ista pa ralesis est que plurimū accidit. & dicit occulta qa non fit a cā pmitiua & qa in loco precipuo nō est apostema. sed materia est magis sparsa & ideo nerui sunt remolliti ab illo flegmate. Et pmo ponit eius curā duz ipa perdurat. z° dum ē i declinatione. Ibi z^a. Cum mēbꝝ. Pria in duas. pmo ponit curā sua sententia. z° alio ruz ibi z^a. Q uidā uero. pma in tres. prio po nit curā per res alterātes & euacuantes que corpus magis ingrediunt per supius uel infe rius. z° per res que extra apponunt. 3° iterū per eas que corp⁹ ingrediunt siue ptem unā. Ibi secūda. Et ipoꝝ spōdiles. Ibi 3^a. Et scias qd insuflatio. pma in duas. pmo inuit cañ. ge neralē in usu medicinaꝝ. z° enumerat. Ibi z^a Et meliora. Dicit primo qd in cura paralesis &c. duo sunt necessaria. unū est regimen cōe dictū in pn° capituli. qa sit cōtent⁹ aqua mel lis uel aqua ordei &c. Secūdo est necessariū cōitas materie. i. qd comitēs materiā. uel cōi tas. i. cañ. cōmunis dict⁹ ad materias frigidas cū eo qd. scripsim⁹ quātum ad medicinas & diffinim⁹ quantuz ad regulas siue cañ. in eūa tione ipaꝝ materieꝝ subtiliū. i. subtiliatarū sine additiōe & diminutione. s. canonis quasi dicat hic nō addo nec minuo. Isti aūt cañ. sūt positi i generali ca°. fen pma & in pn° huius capituli. qa nō pperes cū forti euacuatiuo. Vel materierum subtilium. s. flegmaticarum qa materia que facit paralesim que pprie di citur mollificatio neruoꝝ est materia flegma tica subtilis respectu eius que facit spasmum ut apparebit cap° de spasmo. ¶ Et pmo ponit medicīas euacuātes. z° alterātes. tertio criste ria & suppositoria. ibi secūda. Et in potu. ibi tertia & opz. Pilule iste nobis note ponuntur ꝙnto cañ. tractatu nono. & ab aliis auctorib⁹ ¶ ALVEN nestein. sunt pilte noīate a loco ī quo tenentur schole. ¶ PILLVLE de scetarac

.i. de tapsia &c. ut pz in 5° cap°. viiij. ul⁹. x. pil lule fetide. ¶ FIT supfluitas in hoc. s. uoitu qa uidet eius iuuamentū. ideo multiplicam⁹ eū qnq̄ superflue. ul⁹ superfluit qn sumitur ell⁹s sicut ē pprie uel ēt si sumat eius uirtus cū raffano. ¶ TIRIACA. s. antiq̄ & multum laudat a Mesue. DAV ICH. i. z. grana or dei. neq̄ sup. 3. i. quia nimis forsan calefaceret & siccaret. ¶ SISAMVM. decorticatū ut pl⁹ moret in stomacho. OXIMEL. cū disposi tiōe sua. i. sic est quia simplex oximel cū sir° mellino. timet. n. Auic. malitiaz aceti. & iō ad dit sir^m nō acetosuz. ¶ HAKILETI. nomen ponderis apud qsdaz uni⁹ fabe & .z. gra. or. Cristerizet &c. s. in pcessu. iclinent. s. cū cri steriis & colliriis & ēt fricatiōibus.
¶ ET ipoꝝ. Hic pmo ponit curā per unguēta & emplastra. z° per uentosas. 3° iteꝝ per un guēta & empl̄a. Ibi z^a. Eis pterea. Ibi 3^a. Et admistra. dic pmo ꝙ iungāt spondiles. s. faci endo cōpressionē ut dic littera extra. ut meli us pfundet. ¶ OLEIS fortib⁹. s. calidis & sic cis ut rutacio costino anetino uulpino & simi lib⁹. debēt aūt esse fortiora. qa nerui sunt mē bra frigida & pfūda & locus etiam nuche ē pfundus & tect⁹. ¶ EMPLASTRA rubifi cātia. ut de castoreo synapi euforbio iterata sup can. generali fen p^a & in multis aliis sp̄ cialib⁹ capitulis. ¶ PROPRIE cuz destruit sensus. qa tūc significat maior infrigidatio & malitia ipius flegmatis. Etiam quia tūc nō in currit dolorem ex usu istoꝝ. ¶ RADIX lilij. yreos in modū iungēdi. s. bñ fricādo & pmen do uel miscēdo cū aliq̄ oleo de predictis.
¶ EIS preterea. Cōsiderandū qd in appositio ne haꝝ uētosaꝝ Auic. tangit octo. p° locuz ca pita lacertoꝝ. Et exponūt qdaz. i. loca cordaꝝ quia ibi ē discopta corda & neruus & uento sa pōt magis trahere sanguinem ad illa. ¶ Sciē dum tñ qd p capita lacertoꝝ itelligunt qnq̄ ptes cordaꝝ. quomō sumitur ab Auic. 4° can. fen. 4^a z° ca°. Sed caput lacerti pōt etiā sumi p parte sui ortus. ut sumit ifra ca° de spas° cū dicit cōtrahet ad caput. Et tūc licet nerui ñ sint ibi discopti. tñ ibi meli⁹ pōt applicari uē tosa. & sanguis illuc tract⁹ retentus in car ne magis forsan retinet ibi. ¶ Etiaz iprimit in maiori pte nerui. Et iō credo qd utrobiq̄ pos sit poni scdm qd tibi uidet. ¶ Secūdo tāgit modū operādi circa ptem. qa nō fiat scarifica° quia tūc euaretur sanguis cui⁹ qritur retētio nisi forsan supfluus esset attractus. tūc enim est necessaria aliq̄ incisio ut dicit. ¶ Tertio tā git tēpus. qa post euationē. s. uniuersalem ne materia supflua ad parte trahat. ¶ Q uarto ponit cām. quare uētose ponunt &c. patet.

Quinto formā qa habeant stricta capita. & hoc quia melius applicātur. Sexto modum quia cū igne multo forti suctiōe &c. Et hoc to^m fit ut forti^9 trahāt. Septimo tangit distātiā positiōis eaꝝ.qa si homo ē paralitic^9 in multis partibus uerbigēa in manu ꝑpter opilationē in ortu neruoꝝ suoꝝ & i pede ꝑpter opilationē ēt in suo neruo.oꝫ qd̄ uentose ponātur sup diuersa loca. Sed si paralesis n̄ est plurima.qa non ē in pluribus partibus.sꝫ solū in manu.uerbigēa.ponātur uētose cōiun ctim.s.circa unū locū ut circa spondiles colli i fi.unde nerui manus hn̄t ortū. Octauo ostē dit quid ponendū post.quia picē ēt gummaꝫ pini qa cōfortāt & retinēt sanguinē attractū

ET ADMINISTRA. Hic ponit curā per unguēta.Et ꝑmo facit hoc.z^o docꝫ uitare errorē.Ibi z^a.Cum sensus.Dicit ꝑmo qd̄ utaris emplr̄is calidis rubificatiuis.& postq̄ es usus leuibus pmuta te ad fortia & pꝫ.GIT. dicūt aliqui.i.loliū. Sꝫ git similat̄ nigelle. Et uocat̄ apud nos giectone & repitur in frumēto. SCETARAC .i.tapsia. CVNQVE sē sus. Considerauit Auic. ꝙ si sensus ptis paraleticate ē debilis ex usu fortiū emplastroꝝ posset accidere nocumentū.eo ꝙ homo nō sentit imp̄ssionē & iō eleuare oportꝫ empl̄m oī hora.s.sepe sepe & cōsiderat̄ colorē loci ut ipse docet.an.s.ptrāseat cutē apostemādo & ulcerādo.uel nō pertranseat.qa nō apostemauerit nec ulcerauerit & patet. ET SCIAS.hic reddit ad curandū cum eis que intus ponunt̄ Primo p caputpurgia.z^o p potū.3° per alia q̄dam.Ibi z^a.Et uinū.Ibi 3^a.Et admīstra^o.

CONDISI . sunt q̄dā radicule quibus lanarij lanā limpidant.Sed utimur ell'o p eis cōuertunt a parte.quia.ad partē nasi & palati. ET SIMILITER. que sunt ei similia ut gargarismata. ET VINVM.Hic solui tur questio an uinū cōferat neruis de qua cōciliator dicit differētia.144.quia uel materia est cruda & in fluxu & tūc nō cōpetit qa magis facit illā fluere.uel materia est digesta & iam sunt facte eūones.& tūc uinū paucū antiquū cōfert.qa materias resoluit & exiccat.

PAVCVM. quia multum noceret.

ANTIQVVM . qa magis calefacit & siccat. Sed an debeat dari puꝝ uel linfatū. considera ex cōsuetudie & dispōnibus aliis hoc indicātibus. ET ADMInistratio. quia acorus multā habet ꝓprietatem in egtudinibus neruoꝝ. GRADATIM .&c̄. Primo enim sumat debiles yeras & postea fortiores. Similiter.ꝑmo sumat paruam dosim ut.3.i. postea mganā ut.3. OLEVM etiā de kerua .i.pentadactilis cōfert ut notū est. QVIdā

uero. Hic ponit curā quorūdam. Et sumit̄ primo cōtinētis capitulo.i.Et forsan ꝙ ista cura suffic.& forsan ꝙ idigem^9 fortiorib^9. Et oportet nō potēt aquā. Diceret aliquis qūo possunt sumere in potu & nō potare aquā.qa in aqua uel alia re liquida opꝫ qd̄ dissoluant̄ Respōdet quidā qd̄ qn̄ dicit nō potēt aquaꝫ intelligit̄ aquā de quinq radicib^9.s.fen.pet^o. apij sparagi.& bruxi/Aliter dicendū ꝙ Aui. uult qd̄ ista dissoluant̄ cū aliqua re ut cū aq̄. Sed post istū potū nō potēt postea qa faceꝛꝫ eam cito a stomacho descēdere.Ex q^o sumas can̄.qd̄ qn̄ uis aliquā medicinaꝫ in stomacho morari nō debet post illā bibi ne potus illam a stomacho pcipitet Qn̄q uero.s. cū iteruallo qd̄ tibi uidet̄ qa nō possent continuare qm̄ castoreū nimis iflamaret eos. ET ILLIS. Iste potest esse cañ.per se & nō canō.positus alioꝝ auctoritate.Et dicerem^9 qd̄ hic Auic. ponit quasdā medicias alterātes exiccātes & resoluētes multū cōferentes in paralesi.sicut tyriaca.s.antiqua metridatū schilite.ponunt̄ in 5° tractatu.p^o alicriteie ē aliqua magna cōfectio quā forsan non habem^9.utimur tn̄ ana cardino.bundacha.q̄dam exponūt .i.auellana indica.sed hoc est falsuꝫ qa illa est fortiter frigida.ut apparet a Sarapiōe ca^o. de faufel.sed forsan ē qd̄ dicit̄ būca siue bōcū d̄ q^o z^o cañ.

CVNQVE MEMBRVM. Hic pōit curam paralesis qn̄ iam declinat & membrum paraleticū incipit redire ad se.i. ad suaꝫ uirtutem.& ꝑmo ponit multa iuuamēta. z^o dat cano.in usu quarūdā medicinaꝝ que tūc competunt.ibi z^a.Et in fine dicit.ꝑmo qd̄ oportꝫ ut exercites.Dilates.i.faces & rarifices cuꝫ fricatione.Et cōstringas.i.ꝑmas & totū fit ad excitandū calorē in mēbro & resoluēdū supflua. Sed tu.d.nō ne possunt fricare & ꝑmere āte q̄ ad sanitatē reuertat̄. Dicenduꝫ qd̄ exercitari de se nō pōt ut notū est.Fricatiōes autem & p̄ssiōes cuꝫ oleis & sine possunt fieri.ante sanitatē si materia nō esset i cursu ad neruos Iuuant̄ a febre qn̄q.qa cuꝫ febris est debilis nō tam fortis qd̄ periculū minet̄. Sed tu.d.n̄ ne iuuant̄ anteq̄ paralesis declinet. Dicēduꝫ prio sic.& ideo debet referri absolute ad paraleticos de materia flegmatica de qbus ē hic sermo ut dicat̄.Et ipi.s.paraletici. Vel dicendum z^o qd̄ iuuamentū a febre est magis certum cū materia est iam diminuta.qa qn̄ esset multa repletio ꝑpter eliquationē materieruꝫ posset esse ex febre magnū periculuꝫ.Iuuant̄ uocibus &c̄.Totū hoc fit ad excitādū calorē. Post euacuatiōes & iuuamēta &c̄.i.postq̄ ē iuuatus a medicis quib^9 est usus.iuuantur balneo sicco qa sine aqua uel cū aqua sicca uel

balneis ut de sulfure & similib⁹. Ista eni bal nea ante euacuationē dilatarēt materiā. S; tu .d.xi.terapentice precipit̄ qđ balneū non fiat si particula est debilis. Sed hic est debilis p ticula ut nerui. Dicendū qđ loquit̄ in febri bus in q̄bus pars debilis posset apostemari. hec autē debilitas neruoꝝ i paralesi ex balneo remouet̄. Et i fine. Cōsiderandū qđ in dedi natione paralesis factis euacuationib⁹ securi⁹ possum⁹ resoluere quā aliquo tp̄e.tñ Auic.ñ uult qđ sint resoluētia cū lenificatōe.i.aptōe siue resolutione pura.q̄a talia debilitāt mem bru; laxādo substātiā eius & resoluēdo spi ritu; & ideo oportet qđ aliquā habeāt stipti citatem.Stipticū eni; remouet resolutiui gra uamen ut p̄mo cañ.fen 4ª.caº.đ cura opilat o num. Hinc accipe qđ anisu; aliq̄ hēt stiptici tatem.nisi forsan Auic.intelligat oia ista simł mixta esse resolutiua cū aliqua stipticitate Si gia.i.storax liquida. ¶ HABENTES VE RO ¶ Hic ponit curā paralisis que aduenit per uiā crisis colice.& p̄mo ponit unū modū cure.zº aliū.ibi zª.Q uādoq̄ nux romana nō uidet̄ qđ sit apud nos.est eni nux fortiter ca lefaciēs & exiccās. Et difficile est extrahet̄ ex Antidotario.Et Symon credit qđ in hoc uoca bulo sit magn⁹ error in secundo canone.Et iu uant ¶ Consyderandū qđ iste paraliticus.q̄a est debilitatus ex p̄cedentibus doloribus coli cis nō sustineret fortes medicinas.& iō docet inūgere ex oleis magnis nō uiolēte uirtutis. Aliqui tñ dicūt nō magne cōpositionis.quia paucaꝝ medicinaꝝ ē meli⁹ plurio ut 5º cano. p̄mo caº.De duabus spicis ut romana & nar di narcisco cepe canino.oleum de oliuis.s.anti quū albulati.i.albotin & est terbentina ut p; in 5º pratice Aliab. capº de paralesi post coli cam dicit qđ telat est quoddā cōpositum ex rasina pini & marmore trito.& ē ibi i glosa. Repetiit autē Auic.đ oleo narcisci.uł ꝑpter diuersas descriptōes.uel p̄mo usus ē eo solo. & modo mixto.Et ideo dixit utrunq̄ simul.

¶ Q VANDOQ VE VERO. Iste can. po test esse de cura paralesis post colicā .& pōt esse canon in cura paralesis per se uenientis a materia flegmatica.Prio exponēdo.ē consyde randum qđ illa materia in trāsitu ad neruos multū subtiliat̄.& uenit per uiā defluxus đ parte ad partē.Cura igit̄ nūc ē cu; frigidis in p̄nº q̄a cōfortāt.s.repcutiūt & cōstringūt mē brū ne materiā recipiat. Calida aūt i hoc p̄nº subtiliādo materiā faciunt eam magis fluere. Nunc aūt post p̄ncipiū oportet curat̄ cum ca lidis.sed non puris.imo cōfractis ēt cū aliqui bus frigidis.ut cū semīe endiuie & suco liqri tie.& hoc q̄a ēt intētio ē nō solū resolutio. s; defensio mēbroꝝ ne adhuc recipiāt materiam ab intestinis. Et forsan p hūc modū medici cu rabāt ne ex colica fieret paralesis.s. īgro ssan do materiā cū frigidis ne ipa ad ñeruos pene traret ut apparet infra fen.16 caº. p̄mo de co lica.& ē mens Aliab.5.pratice caº de palesi siue eneruatiōe post colicā. ¶ Secūdo modo exponēdo istū canonē dicem⁹ qđ referēdo ad paralesim p se uenientē a materia flegmatica .s.subtili dulci.& forsan habēte aliquā cum sanḡne mixtionē.que cū puris calidis nec cu; uehemēter calidis deb; curari ut p;. ¶ Dubi tat̄.quia ponit sucū liq̄ritie frigidū.Dicendū qđ dicit̄ frigidus respectu illoꝝ.quia est q̄si tempatus.& tñ iter frigida ponit̄ ad sitis se datiōnē.4º can.fen.p̄ma caº de regie acutarū fe. Q uidā hic addūt qđ in paralesi uel est timor de materieꝝ induratiōe.tunc non debe mus uti calidis puris.sed mixtis cu; frigidis uel non ē timor.Et tūc possum⁹ eis puris uti

¶ Q VE VERO. Hic ponit curā paralisis q̄ fit a solitiōe cōtinui & pat;. Causa ē.q̄a non pōt fieri uera cōsolidaº.partes .n.nerui retra hunt̄.& si cōiungant̄ fit ibi durities & opilla tio quedā.unde spiritus ptrāsire non pōt. Il la uero. Ponit curā paralisis a mala cōplexio ne frigida sine materia.p̄mo in generali .zº in speciali illius que fit potu frigide aque. cura tur.n.balneo sicco.s.& calido. ¶ Et scias oxi mel.s.simplex cōfert neruis p mel.& p acetū febri & zucharū rosa.cōfert febri. Et ideo est usus hoꝝ simul cōueniēs. ¶ Dubitat̄ cuius lateris paralisis fit prauioris cure an sinistri an dextri. ¶ Videt̄ qđ p̄uius curet̄ paralisis sinistri.p̄mo quia uirtus ē i eo debilior ¶ Itē tremor sinistri lateris difficilius curat̄ ut ifra Etiā sciatica sinistri lateris ut.1. fen.22.& 6. libro uiatici. ¶ In cōtrariu; q̄a paralisis q̄ oc currit lateri nobiliori est difficilioris cure. S; paralisis lateris dextri ē hui⁹ ergo. ¶ Respō det cōciliator ꝙ prauius curat̄ paralisis late ris dextri.Ratio quia morb⁹ qui aduenit cu; maiori discōueniētia a natura ptis difficilius curat̄.Talis ē paralisis in dextro later̄. quia est pars calidior.paralisis aūt ē frigid⁹ mor bus. ¶ Amplius paralisis ē difficilioris cur̄ in qua magis debilitat̄ fons caloris & nutrim̄ ti.Sed paralisis uł in paralesi lateris dextri hoc cōtingit.quia magis debilitat̄ cor cū par. tē dextrā magis respiciat.magis ēt debilitat̄ epar qđ ē p̄nciᵐ nutrimēti.q̄a situat̄ i dextra ¶ Itē paralesis difficilius curat̄ que amplio rem colligit materiā. S; palesis in latere dex tro est hec.q̄a pars rarior & magis suscipiēs matariā ¶ Considerandū tñ qđ hoc uerificat̄ in paralisi totius lateris.cuius p̄ncipiu; est a

cerebro & nucha.qa paralesis aliqua pticula
ris ut pedis.uel unius alteri⁹ ptis in qua nu
cha cor & epar saluarent̃ illesa. Poss3 contin
gere ꝙ illa que est lateris dextri facilioris cu
re ess3.sic ẽt podagra pedis dextri & siatica.
Ad cõtraria dicendũ ad pm̃ũ qđ licet uirtus
in sinistro ex natura sit debilior.tñ paralisis
in dextro magis deiecit uirtutẽ ¶ Ad secũdã
dicendũ ꝙ non ẽ simile de illis passionib⁹ &
de paralisi toti⁹ lateris cuius pnci^m esset a ce
rebro & nucha.ubi cor & epar sunt ualde le
sa cũ est in pte dextra. Et si tremor per hunc
modũ fieret in pte dextra difficilius curaret̃ q̃
in sinistra. Istã solutionẽ accipe si plac3.pro
telare eni in hac q̃one esset redire ad q̃onem
qua querit̃ an morb⁹ similis nature ptis sit
curabilior q̃ dissimilis.& in q̃bus fallit illius
afforismi sentẽtia qđ p̃senter nõ discutimus.

SPASMVS EST &c̃. Supius
determinauit de paralesi. Hic de
terminat de spasmo.et pmo inue
stigat ei⁹ esse cãs et diuersitates
z° signa. 3° ponit curã.ibi z^a. Pulsus spasma
toꝝ.ibi 3^a. In eo quidẽ. Pria in quatuor.prio
ostendit qđ sit spasm⁹. z° inuestigat diuersi
tatem quandã in modis eius. 3° inquirit cãs
& percõsequẽs diuersitatẽ ex pte cãru3.q̃rto
ponit quosdã canones.ibi z^a. Eoꝝ itaq̃.ibi 3^a
Causa uero.ibi 4^a. Cum etiã aliqs moritur.
Dubitat̃ circa pmã ptem.qa dic t ꝙ est egri
tudo.cu3 Cal̃.5° de accidẽti & mor° ponat ꝙ
est accidens ¶ Itẽ dicit qđ est egritudo neruo
sa cõtra.qa 6°.de accidẽti dicit̃ qđ ẽ egritudo
lacertosa. Ad pmu3 dicẽdũ qđ i spasmo nos
cõsideram⁹ tria.s.malũ motũ. uel malã q̃ete3
& hoc modo est accidẽs. Secũdo cõsyderam⁹
malã figura3 mẽbri.& sic pot dici egritudo
officialis.s.in figura. 3° cõsideram⁹ ipa3 cãm
que facit hoc accidẽs.s. malã cõplexionẽ siccã
in spasmo sicco.& alios modos egritudinũ in
aliis modis spasmi.& h° mõ spasm⁹ est egri
tudo. Vel possem⁹ dicere qđ cũ Auic.dic̃ qđ
spasm⁹ ẽ egritudo.accipit nomẽ egritudis lar
ge. Ad z^m dicendũ.pmo qđ q̃n dic̃ neruosa i
telligit.i.neruosoꝝ mẽbroꝝ ut lacerti.uel di
cendũ qđ est passio lacertosa imediate. Nam
cuius est opatio uoluntari⁹ motus.ei⁹ est ac
cidẽs nocumentũ uolũtarij motus.sed lacerto
ru3 operatio ẽ uolũtarius mot⁹.ergo spasm⁹
ut ẽ impedimentũ uolũtarij mot⁹ ẽ accidẽs p
se & imediate lacertoꝝ. Tñ mediate spasmus
est accidens neruoꝝ inquãtu3 nerui portant
uirtutẽ hãc ad lacertos. Consyderandu3 qđ
per pricipia intelligim⁹ loca uersus ortũ ner
uoꝝ.uersus q̃ sit cõtractio & reflexio mẽbri
Sed tu.d.cõtra.qa q̃nq̃ in se cõtrahit̃ ¶ Dicẽ
dum prio.qđ semper est ibi flexio mẽbri.uñ
cauda musc̃li uertit̃ ad pricipiu3.uerbi gratia
fasceta uersus cubitũ ¶ Secũdo dicẽdũ ꝙ for
san in omni spasmo uel i plurib⁹ ẽ fuga aere
nocẽte.& ideo musculi fugiẽtes ad pnci^m tra
hunt̃. Dic postea.iobediẽtes sunt i dilatatiõe
Ex hoc apparet ꝙ spasmus accipit̃ hic pprie
ut distinguitur contra thetanum. Accipitur
eni3 pro egritudie neruosa cõtractiua.
¶ EORVM. ¶ Hic ponit diuersitatem ex par
te modoru3 & uult qđ spasmus quidã ẽ for
tis perdurans.quidã est debilis cito recedẽs
Eoꝝ itaq̃.s.lacertoꝝ cõtractoꝝ. Alij remanẽt
&c̃. Alij facile redeũt ad dilatationẽ sic fit in
ossitatiõe.s.qđ homo cito suã mandibulã re
ducit. Et singultu.s.ꝙ homo cito reducit̃ a cõ
tractiõe stõaci ad dillatationẽ. unde sicut q̃si
in ictu homo reducit mandibulam.& in ictu
stomachus in singultu recedit a cõstrictione.
Ita quasi in ictu quidã spasmi durant & isti
plurimũ sunt uentosi ¶ CAVSA VERO.
Hic inuestigat causas spasmi & diuersitates
spasmorum ex diuersitate causarum. Et p
mo facit hoc i generali magis et uia diuisiua.
secundo in spãli ponẽdo quasda3 speciales ca
usas spasmi & diuersitates secundũ illas ca
usas. Ibi z^a. Reliquas aũt differẽtias. pma i
tres.primo pmittit diuisione3. z° exequit̃. 3°
cõparat spasmũ ad paralisim & epilẽsiã. Ibi
z^a. Materia uero. Ibi 3^a. Et si q̃dem spasmus
¶ Dicit pmo qđ causa aut ẽ materia.aut absq̃
materia.sicut.c.&.s. ¶ Consideranđũ ꝙ absq̃
materia dupliciter itelligit̃.pmo.i.ex ianitõe
sicut facit caliditas & siccitas. z° absq̃ mate
ria.i.non per modũ impletiõis sed illationis
nocumenti.& q̃tum ad hoc non posuit exem
plum.sed intelligit ẽt de hoc ¶ MATERIA
¶ VERO. Hic declarat in exẽplo. Et primo de
clarat unãquãq̃ istaꝝ causaꝝ. z° quia dixerat
qđ caliditas & siccitas fac̃ ostẽdit quomodo
calidũ & siccũ se habent in hoc & gratia hui⁹
q̃uo frigidũ & humidũ. Ibi z^a. Spasmi aute3
ex repletiõe humidi.pma i duas. pmo iuesti
gat has cãs sc̃d3 se. Secũdo determinãdo spas
mũ ad loca. Ibi z^a. sicut ei3.prima in duas.p°
declarat cãm pmam spasmi.s.materia3. sc̃do
tas cõpar defectu uirtutis itromittit secũ mo
tionẽ uolũtariã qa trahẽdo iferius icitat uir
tutẽ qđ sursum subleuet. Et hac g° paritate
grauitatis & uirtutis debilis misceṙ motus
uolũtarii cũ motibꝰ nõ uolũtariis & hoc ē ꝙ
dicit textus. Tremor ē morbꝰ officialis qa ma
lus motus in loco suo eueniẽs ppter defectũ
uirtutis motiue a motu lacertoꝝ & nõ dixit
a motu supfluitatũ uel humoꝝ ppter mẽbra
quia uirtꝰ deficiẽs a tali motu uel pficiens ē
naturalis uirtutis sed q̃ faẽ motũ lacertoruꝫ
& que deficit a motu eoꝝ est uolũtaria & il
la est quarta cõclusio. Dico ppter defectũ uir
tutis &c̃.scđm cõtinuationẽ cõparẽ.i.parem
& continuatõe in sui actione grauitati cõpari
.s.etiã scđm continuationem quia grauitas cõ

tinetur in actione uirtutis & sibi fit compar.
Alia littera hẽt compar & tunc exponaṙ pp
ter defectũ qui est compar grauitati &c̃.dico
grauitati intromitẽti ratione sua s.qa mouet
inferius motioneꝫ uolũtariã .s.qua membrũ
subleuaṙ superius. Ex hoc.n.qđ grauitas tra
hat deorsuꝫ & uirtus icitaṙ ut trahat sursum
ergo grauitas cõpar uirtuti intromittit incita
tiue motũ uoluntariũ.i. motũ quo uirtus sur
suꝫ leuat.quare cõmiſcenṙ motus uolũtarii id
est motus a uirtute facti cũ motibꝰ nõ uolun
tariis.i.motibꝰ factis a grauitate. Ex qbꝰ dic
tis habenṙ tres cõclusiões.pmo & merito seq
tur quarta.quia eniꝫ grauitas & defectus uir
tutis sunt cõpares & sunt secũdũ cõtinuatõeꝫ
iõ isti motꝰ sunt mixti. Et tũc .A.ifert ppoſi
tionẽ quartã siue cõclusionẽ pbandã a simili
dicẽs qđ sicut stupor qđ ē nocumẽtũ sensus
tactꝰ est accidẽs sensibilis motiue tactiue.ita
tremor ē accidẽs motiue.s.uolũtarie. Ex qbꝰ
explanata diffinitiõe dicendũ ad cõtraria. Ad
pmuꝫ respõdet Galꝰ.dicendo qđ qñ homo tꝫ
membꝝ quietũ illa est quedã actio uolũtaria
unde Auis que uideṙ i aere qeſcere laborat &
agit illã quietẽ sicut plixe tractatu. G.in dco
libro & 5° đ accidẽti & morbo clare dicit zm
transl.grecã uirtute ergo debili facta ac tenen
do mẽbꝝ quietũ cõtraoperari poterit g̃uitas
& sic fiet tremor. Propter solutionẽ argumti
omissis ruditatibꝰ scripti cõmunioris.5. đ ac
cidenti & morbo. Est sciendũ qđ in tremore ē
duplex motꝰ aut apparet unus uerbĩg̃tia de
orsuꝫ & iste fit a grauitate ut oẽs cõcedũt &
talis tremor ē accidẽs uirtutis motiue qa est
defectus actus motõis uolũtarie debẽtis esse
secundũ naturã. Exm pro uolentibꝰ speculari
supponaṙ qđ actio uisionis esſꝫ quedaꝫ actio
& uocareṙ a. Et quoddã aliud agẽs occurrẽs
oculo causaret unã aliaꝫ actionẽ que diminue
ret actionẽ.A.tunc ista actio.s.diminutio .A.
ē accidẽs uirtuti uisiue.qa ē accidẽs sue actõi
Exm aliud pone qđ actio aliciꝰ mẽbri sit ca
lefactio in uno gradu & adueniat agens qđ in
frigidet in medio gradu huiusmodi infrigidã
do diceret accidẽs mẽbri calefaciẽtis & tũc p
prie diciṙ accidẽs qñ agẽs in uisionem. A.uel
agens calorẽ pmi gradus disponunṙ p agẽtia
cõtraria ita qđ cõtraria agentia sint dispõnes
illoꝝ membroꝝ uerbigraria oculi uel epatis
debẽtis generare sanguinẽ calidũ ĩ g̃du uno
Hic habes semitã speculandi. Alius motus in
tremore est motus sursuꝫ factus a uirtute uo
luntaria & ille est accidẽs uolũtarie uirtutis
qa est sua actio quia licet ut actio sit naturale
quid tamen ut mala est cõtra naturã. & cum
diciṙ si est sua actio quomõ fit cõtra uolũtatẽ

Dicendũ qđ fit ex incitatiõe g̃uitatis mouentis ad cõtrariuȝ. & hoc innuit cũ dic̃ ꝙ motio per grauitatẽ intromittit motionẽ uolũtariã qa quasi facit necessario illã sequi incitãs ad actũ. sicut puluis in oculo facit mouere palpebram cõtra uoluntatẽ q̃uis motus palpebre sit motus uolũtari⁹ & hoc ẽ qđ consueuit dici qđ mot⁹ est uolũtari⁹ qui est in trẽore quo fit mẽbri subleuatio nõ est uere uolũtari⁹ secundũ pmaȝ intentionẽ. sed est uolũtarius zam intentionẽ secũdã. qa fit per uolũtaria organa ut per musculos nõ tñ iperio uolũtatis sicut & aliqui mot⁹ palpebre sunt sicut uolũtarij .s. secũdũ zam intentionẽ ut Gal' in libro đ motibus liqdis ¶ Ad tertiũ qñ dicit̃ qđ agentia cõtraria paria in uirtute nõ agũt. Dicẽdũ ꝙ est uerũ ȝ si sint omnino paria. sed si sint paria cũ q̃dam proportione potest tñ fieri actio & ideo in tremore nõ est omnino paritas. qa ad huc uirt⁹ uincit. Alias .dixi qđ cõtraria eq̃ta agũt ad mediũ nõ ad uictoriã uni⁹ cõtrarii ul' extremi. mot⁹ ergo tremoris ẽ cõtrarius inter naturalẽ motũ & casuȝ mẽbri siue quietẽ cõtra naturã ¶ Ad q̃rtuȝ dicendũ qđ Gal'. dubitauit. an inter duos mot⁹ qui sunt in tremore sit quies media & ideo. Aliqñ dixit qđ nõ ẽ quies sensu pcepta sic̃ in pulsu formicante ut apparet. 5° de accidẽti & morbo. Et ideo trẽorem assimilat illi pulsui. Aliqñ dixit ꝙ isti motus sunt aliqñ imediati ul' fere imediati. unđ in libro de rigore & tremore 4° ca° in fine dixit. Cuȝ ergo sic ꝓcedit mot⁹ mẽbrorũ secũdũ istã formã. s. motu ad supius cui nõ cessat inherere aut q̃si imediate cõiungi motus ad inferius sequit̃ qđ sit motus composit⁹ ex duobus motibus qb⁹ mẽbra pmutatiȝ mouẽtur cõtinue in locis suis. Et iste ẽ motus quẽ medici uocãt tremorẽ qa. s. est motus quo mẽbra trahunt̃ ad inferi⁹ cũ grauitate sua & erigũtur ad supius cũ uirtute ipa ferente. Ecce qđ Gal'. hos duos cõtrarios mot⁹ cõtrarios i tremore dixit sibi inherere. s. mediate ul' q̃si immediate. Dubitauit ergo & qa hec ẽ questio octaui phisicoꝝ omittit̃ ¶ Post hoc pono rões meas que semp uise sunt mihi difficiles in eo qđ. G. sentit de esse tremoris hui⁹ de quo loquimur in hoc cap° & ostẽdẽdo qđ nõ sit motus cõposit⁹ ex duplici motu quoꝝ alter fiat a grauitate mẽbri. Prio sic additio resistẽtie mobilis ad mouẽs est cã tarditatis motus. & stante eodẽ motore nõ ẽ cã alterius mot⁹. sed tarditatis in motu. sed in mẽbro debilitato in quo dicit̃ fieri tremor est additio facta in grauitate. & sic in resistentia mobilis & stat ideȝ motor. g° nõ fiet alter mot⁹. sȝ man⁹ uerbi g̃. tardius mouebit̃. maior ẽ nota quarto phisicoꝝ cõmento. ii. Et hoc exemplum declarat. si eniȝ possum i una hora portar̃ unã librã plũbli usq̃ ad plateã duas libras portabo illuc i duabus horis. minor est nota nã grauitas additur & resistẽtia mobilis respectu motoris ꝓpter defectũ motoris uel pp additionẽ mobilis in tremor̃ igit̃ oẽs cõcedũt qđ grauitas membri sit addita quia uirtus est debilitata. stat ẽt idẽ motor. s. uirtus motiua lacertoruȝ uolũtaria q̃ adhuc dñatur scđm cõcessionẽ cõmunẽ medicoꝝ. oẽs. n. dicũt ꝙ in tremore adhuc uirtus dñatur sup grauitateȝ licȝ non sit in sanitate g° non debẽt fieri duo motus sed unus tardior illo qui fiebat i sanitate. Secũdo sic si grauitas cuȝ mẽbro esset cã alicuius motus i tremor̃ sequeret̃ qđ grauitas esset e̾trado. hoc est falsuȝ nunq̃. n. reptus fuit aliquis auctor qui diceret qđ grauitas est morbus nec i cõplexione nec in compositiõe nec in unitate cõsequẽtia est nota. Nã grauitas imediate ledit actiõe uolũtariã qa fac̃ descẽdere g° imediate ledit actionẽ & sic est morb⁹. Ista rõ est multũ difficilis tenẽdo nostra pncipia alibi. s. qđ egritudo formaliter nõ ẽ cã actionis lese ita qđ sit causans actionẽ sed ẽ cã lesionis in actiõe hoc g° aggregatũ. s. mẽbꝝ egrũ fac̃ actionẽ lesam. Tertio sic membꝝ graue ꝓpter debilitateȝ uirtutis ut i tremor̃ non est maioris grauitatis q̃ mẽbrũ mortuũ. uerbi gratia manus abscissa. sed mẽbꝝ ut manus i forti tremor̃ efficit maiorẽ ictũ uel impulsũ i motu q̃ uidet̃ impellere ul' descẽder̃ quã faciat una manus amputata g° ille motus non fit a grauitate in tremor̃ maior pȝ partes. n. uiuẽtes hñt plus đ igne. imo ptes nõ uiuẽtes i nobis formaliter ut̃ ꝙ i nobis existẽtes sint magis portabiles ut appet de aq̃ ydropicoꝝ q̃ i q̃titate cẽtũ libraꝝ ydropic⁹ portat & cũ extra est educta q̃ocũq̃ diuidas eam & ponas sup eũ in capite pedibus dorso & uentre nõ portabit medietateȝ hoc exm posui ad excitandũ. minor est nota p expientiã. Iuuenis. n. hominеȝ habentẽ forteȝ tremorẽ manus quã si capias cũ manu ipellet te & faciet te totuȝ tremer̃. aut tremet manus tua simul cum brachio. & si manus illius esset amputata & caderet a tanto spacio quãtũ est spaciũ a quo manus eius agitat̃ non cõmoueret manũ tuã & si nõ credis accipias aliquã rem tanti ponderis q̃ti credis fore manuȝ illius si esset amputata & experiaris illud. Quarto sic p quãcũq̃ potentiã aliqđ mouet̃ naturaliter ad locuȝ p eandẽ uidet̃ quiescer̃ in loco in quo loco cuȝ est pfectius uidet̃ haber̃ scđm illã potẽtiam siue formã. Sunt. n. in loco pfectiõis motoris ad illa loca ut 3° celi & mũ. cõmento. 28. & 4°

deorsũ ꝫ .sed mẽbꝝ p ꝗuitatẽ naturaliter mo uetur deorsum gº cum erit ibi quiescet per formã grauitatis p quã pfectius hẽt cum est deorsum gº nõ poterit moueri sursũꝫ. Qui to sic uirtus uolũtaria motiua nõ potuit gra ue teneꝛ̃ supius gº multo minꝰ poterit leuaꝛ̃ ab inferiori ab supius. Ista ratio cum pcedẽti sunt ppinq. Ista rõ hẽbit fugam tenebrosaꝫ ponendo uirtutibus conatum. Sexto sic. isti duo motus oppositi ex quibus componiꝛ̃ tre mor non simul incipiunt sed unus precedit.

¶ Quero ergo primo quis duorum motuũ in tremore est prior. secundo prior motus p cedit cum aliqua dispositione organi que est maior potentia motoris secundũ illũ motũ sꝫ secunda dispositio non statiꝫ abicitur ergo nõ statim sequitur sed secundus motus oppositꝰ imo cũ hominũ dispositiones sint diuerse erit tibi inuenire tremorẽ in quo manifeste & lon go tẽpore apparebit ascensus manus & etiaꝫ eius descẽsus. Et uigoraꝛ̃ hec ratio sic quãdo manus in istanti. A. est in descenso esse habet aliquã dispositionẽ qua grauitas manus fuit potentior uirtute unde manus fuit trahẽs de orsuꝫ. si ergo post. A. manus moueꝛ̃ sursum hoc est per aliã dispositionẽ contrariã uel q̃si cõtrariam. aut igiꝛ̃ hoc erit ex pte anie aut ex pte corporis nõ ex pte anie. qa ista nõ essꝫ ni si dispositio secũdũ imaginationẽ & sic motꝰ sursuꝫ esset motus secũdũ uoluntatẽ. s. qa ho mo uelit & pus uoluerit & hoc ẽ falsuꝫ. quia cõtra experientiã nec uideꝛ̃ aliqua dispositio ex pte corporis qa hoc nõ esset nisi aliquis mo dus cõplexionis quo nunc membꝝ leuigareꝛ̃ & uirtus confortareꝛ̃. Nunc autẽ ꝗuareꝛ̃. & uirtus deficeret. & totũ hoc uideꝛ̃ quedaꝫ fa tuitas. Et uide qđ. G. conaꝛ̃ dare cãm i hoc 5. de accidẽti & mor. c. de tremore in fi. secundũ transl. grecã ubi. G. dat cãm expulsiõis humo ruꝫ a uirtute ad loca neruoꝝ & recõfluxuꝫ illo ruꝫ. Sed mirabile ẽ qđ humores frigidi facien tes tremorẽ sint ita mobiles. Amplius nõ oĩs motus fit a materia. Septio sic motꝰ uolũtariꝫ secundũ intentionẽ 2am ut motus palpebre ui denꝛ̃ in multo numero posse fieri secundũ ipe tuꝫ uolũtatis. si gº alter motꝰ qui ẽ in treõre est motus uoluntariꝰ lꝫ 2m intentionẽ 2am gº in multo numero poterit fieri imperio uolũta tis. Tremulentꝰ igiꝛ̃ in mãu poterit facere plu res motus uolũtate pura oppositos motibus grauitatis qđ tñ nõ uidemꝰ fieri. Octauo sic. Vel ista agẽtia sunt omnino equalia et tũc nul lus fieret motus localis. licet eniꝫ agẽtia cõtra ria equalia in motu alteratiõis possint secũdũ quosdã agere uel ad mediũ uel ad corruptio nem utriusq tam̃ motores ad loca cõtraria si sunt equales nõ agũt qa cõtraria loca sunt in cõpatibilia. Vel nõ sunt equalia & tunc pstan tius uincet in mouẽdo ad suũ terminũ licꝫ tar dius. Istas ratiões soluere est siue erit diffici le nisi ponaꝛ̃ qđ i tremore ẽ unũ mouẽs. s. uir tus sic disposita ita ꝙ tã motꝰ sursuꝫ quã deor suꝫ fiat a uirtute mẽbri motiua & f t hº qa sic dispositũ ẽ mẽbꝝ. & qa hic sũt duo motꝰ con trarij. opꝫ necessario esse diuersitatẽ in pmo mouẽte & hoc erit modus motꝰ in spiritu & forsan cogeꝛ̃ redire ad opinionẽ Platonis quã deiecit Gal. libello pallegato. 7. caº. cũ opinio ne asseni italici & cogenꝛ̃ forsan diceꝛ̃ qđ idẽ fere modus tremoris est de quo ẽ hic sermo & qui fit i forti rigoꝛ̃. Et uideꝛ̃ qđ Aristo. cõcordet cũ inuestigat cãs tremoris pbleuma tũ 3a qnto pbleumate. Et si isti tremores di uersificanꝛ̃ est sic idẽ accñs hñs diuersas cãs. Sed tñ quia exm Gal. est ualde rethoricum ideo facit ymaginari duos motꝰ & duos mo tores tñ si quis attẽdit sepe Gal reuersus ad ueritatẽ si hec erit ueritas dixit ꝙ cã treõris est debilitas uirtutis. Et Auic. hoc expressit cũ dixit pter defectũ uirtutis. & cuꝫ assimi latus est tremor stupori. nã sicut stupor non dicit duas actiões nec duo agẽtia sꝫ diꝛ̃ unuꝫ agens indipositũ sic ꝙ facit sensatiõẽ talis for me & talis sensaº non est prie due actiones sed una actio mala. s. sensaº stupida. Ita forsã oportꝫ itelligeꝛ̃ de tremoꝛ̃. Ista dimitto aliis licet alibi a me multuꝫ discussa sint. Deinde cũ dicit ¶ HVIVS AVTEM cã. Hic inuesti gat cãm tremoris. & pmo pmittit diuisionẽꝫ secũdo exeqtur. Ibi 2a. In uirtute uero. Dicit pmo qđ ista cã. s. defectus uirtutis pter q̃ fit tremor aut ẽ in uirtute. aut ẽ in instrumẽ to &c̃. ¶ IN VIRTVTE. Hic ponit primo cãs treõris. i. defectꝰ uirtutis motiue ad quã sequiꝛ̃ tremor que cãe sunt i uirtute. 2º que sunt in istrumento. 3º que sunt in utrisq. Ibi 2a. qui aũt factꝰ. Ibi 3a. Cõitas uero. pma in tres. pmo ponit istas cãs. 2º ponit modũ quo causant. 3º addit q̃dam cãm reducibilem ad istas. Ibi 2a ppter ordines. Ibi 3a & ex causis

¶ Dicit primo qđ cã tremoris ẽ i uirtute qm̃ qñ debilitaꝛ̃ uirtus pter timoreꝫ qui accidit aut pter applicationẽ &c̃. Accidit tremor i neruis. Ita qđ littera usq ibi est suspensa.

¶ Considerandũ qđ hic pmo Auic. narrat cãs que sunt accidẽtia aĩe siue passiones sic tiõr & applicare mentẽ ad rẽ abscissaꝫ. s. exta se terribilẽ & alia que patẽt. 2º narrat modum quõ causant. Iste aũt modus ẽ duplex unus i mediatior quia existis accidẽtibus aĩe fit di uersificatio motus i spiritu. s. uitali & fit mo tus diuersus ab eo quo mẽbra egẽt pro suis

motibus spiritu igit̄ moto nō secundū ꝙ egēt mēbra uirtus debilitat̄ & nō fit mot⁹ uolūtarius debite sed fit tremor. Alter modus quē tangit ē mediat⁹. Naȝ diceret aliqs quare mouet̄ spiritus zᵐ anīe passiōes. Respondet. A. qđ uirtutes anīe nostre habēt hūc ordinē naturalē ut existēte imaginatiua i tali dispōne uerbigratia timorosa uirtutes cordis naturales. ex ipo ordine mouent spiritū ad itra et contra hunt & similiter i aliis passionib⁹ anīe in qb⁹ fit cōtractio spiritus ad intus sicut in tristicia & tribulatiōe. i. angustia & ecōtra fit in gaudio. Accidētia gº anīe causant tremorē ꝓpter ordinē motiuaꝝ uirtutū ex quo ordine fit diuersus mot⁹ in spiritu q̄a uel nimis itra ulꝰnimis extra uel aliter ¶ Consyderandū secūdo ꝙ iste cāe dicunt̄ ex pte uirtutis se tenere quia tenent se ex pte accidentiū anīe cui anīe maxime uirtus attribuit̄. dicunt̄ ergo cāe i uirtute q̄a sunt anīe accidētia. Consyderandū qđ hec oīa accidētia innuit. s. in qbus fit motus int⁹ uel extra uel ad utrūq̧ in q̄bus omnib⁹ cuȝ spiritus incōuenienter moueat̄ uirt⁹ motiua debilitatur. Et ex causis. Consyderandū qđ coyt⁹ pōt poni inter accidētia anime ut dicit̄ cōiter Considerandū etiā qđ coytus post repletionē est cā debilitatis digestiōis & malitie eius ex quo pōt sequi tremor mult⁹ & hoc ē qđ dicit Ex causis tremoris secundū semitā đbilitatis uirtutis. i. debilitādo uirtutem est multitudo coytus. debilitat autē digestiuā et motiuā uirtutes & hoc mediāte defectu digestiue & immediate per uiaȝ resolutionis. & lȝ dixerit. & post refectionē stomachi tñ tpe uacuitatis ēt multū debilitat repletionē. s. mēbroꝝ & hoc supfluā. Considerandū tertio qđ sic accidētia anime debilitant uirtutē motiuā pp diuersitatem mot⁹ spiritus sic & coytus q̄a diuersificat motū spiritus uel ꝓpter imaginationeȝ ex coytu uel ꝓpter euacuationē spirituuȝ p genitalia uel per poros uel per uiā euaporatiōis.

¶ QVI AVTEM. Hic ponit causas trēoris ex pte instrumēti & hȝ ptes tres sic in genere ponit causas ex pte instrumēti. Pria cā ē mollificatio neruoꝝ que nō sit tāta qđ mēbra fiāt palitica & non retineant̄ siue sustentent̄ mota q̄a tūc talis mollificatio ꝓuat motū. sed sit talis mollificatio que debilitet et ideo pōt exponi q̄re nō retinent̄. i. nō bene firment̄ & talis mollificatio pōt fieri uel ex multo potu aque uel uini uel ex potu iordinato. i. tēpore nō suo Secūda cā ē opillatio aliqua i neruis pp quam uirtus ipediatur nō tñ omnino ꝓhibeatur. Et ista opilatio potest fieri ex cāis repletionalib⁹ q̄s poit & tu itellige oēs alias opilatōes. Tertia causa ē siccitas neruoꝝ uel musculoꝝ. unđ nō obediūt đ facili motui & iō mota tremūt Cōsiderādū qđ iste cāe dicunt̄ esse cāe debilitatis uirtutis tenētes se ex parte istrumenri eo qđ iste sunt quedā dispōes corporee & a corpoē incipiētes ulꝰ corpori attribute. s. reōlitio siue laxitas opilaº siue induraº mēbri sed cause ꝓdicte debilitatis uirtutis tenebūt se ex pte uirtutis. quia sunt q̄daȝ aīe passiones siue accidētia q̄ corpori attribuūtur p animā. Cōsiderandū circa ꝓmaȝ cām qđ licet uinū accione ponat̄ siccū tñ humectat per accidēs. ꝓmo ducendo materias huidas ad neruos. zº infrigidando neruos. Et hoc facit tripliciter. ulꝰ suffoādo sic multa ligna igni exposita. zº de accidēti & morbo & 3º de cōplexionib⁹ ulꝰ quia in neruis cōuertit̄ in acetū sup̄. c. de cura palisis. uel q̄a sumptū imoderate iflāmat̄ & consumit naturalē humiditatē unde accidit calidū naturale extingui ut Aristo. ꝓbleumatuȝ tertia qnto ꝓbleumate. Dubitat̄ quare q̄daȝ uirosi in mane tremūt anteq̄ bibant. Dixim⁹ sup̄. 5. de accidenti & morbo ꝙ hoc uidet̄ q̄a nerui sunt infrigidati retracto i nocte itus calore unde paucificant̄ spiritus qui in die postea uino cōfortant̄. Cōsiderandū circa scđaȝ cām qđ littera que dic̄. Et materia q̄deȝ pōt dupliciter exponi. ꝓmo secundū alios ut Albertū &. Bertutiū ut dicat̄ qđ materia aut ē patiens. i. ledēs meatus & tūc facit tremorē. aut nō. & tūc nō facit tremorē. hec ē truffa. secundo mō pōt exponi qđ materie frigide faciētes tremorē opilādo. Quādoq̧ sunt apte digestioni. & alterant̄ in uiis & foramibus in q̄bus penetrauerūt siue faciliter siue difficiter. aut talis meteria est cruda nō recipiens actioneȝ mēbroꝝ. In hoc gº. A. inuit diuersitatem tremoris a materia flegmatica apta digestioni & inepta & apta digeri aliq̄n apte penetrat ut aliqđ flegma aquosuȝ dulce nō multū frigidū & q̄nq̧ nō penetrat apta imo resistit ut flegma aliqđ grossuȝ nō tñ multuȝ frigiduȝ posset. n. esse multū subtile & multū digestioni ineptū ꝓpter frigiditatē & defectū uirtutis & iō in paraliticis & tremulētis antiquis uidebis aquā fluere p os & nares que est ut flegma aquosuȝ subtile frigidū digestiōi ieptum & ē malū sigᵐ ut expimēto uidemus. 3º modo qđ p hoc inuat qđ materia q̄dā est imbibita siue sit faciliter siue difficulter cum resistentia & ista uocat̄ patiēs q̄a diuisa i ptes paruas p poros mēbri. Quarto posset i hoc uelle illud qđ. G. sentit in q̄daȝ sua fantasia. caº. de treōre in fi. quarto de accidēti & morº secundū traslationē grecā. ¶ Dubitat̄ utruȝ tremor possit fieri a siccitate uidet̄ ꝙ non q̄a Haliabas nono theo. xi. caº nec Azararius pº

libro de tremorē nec. G. de accidēti pncipaliter istam cāʒ explicauit. Amplius qđ indurat mēbrū non ē cā tremoris qa in treōre multiplicā tur motus unde oʒ qđ mēbrū sit flexibile lʒ siccitas indurat. Ampliꝰ ethici maxime tremerent. In cōtrariū. A. & G. pmo pnosticoꝶ cōmento. iz. & in libᵒ de simplici medicia. xj. c. de castoreo. Dicenduʒ qđ siccitas tā cōplexionalis quā p euacuationē huidi pōt esse cā tremoris. Et tribus modis. uno modo debilitando uirtutē quia qualitas imoderata destruit actū pprie uirtutis. & iste modus tremoris pōt esse tremor de quo hic ē sermo. Secundo modo pōt fieri tremor a siccitate cāndo cōtractionē & motū quēdā malū spasmosuʒ q̃ motus pōt iproprie uocari tremor qa est motus fictuosus et hos duos modos. A. tangit supra libro primo fen zᵃ de causis motuū nō natuialium cū dicit hoꝶ cā est aut siccitas debilitās sicut tremor aut spasmificās sicut spasmi sicci aut singultꝰ sicci. Tertio modo siccitas fit a cā tremoris indurādo mēbra que mota cū uiolētia cōcutiunt̄ quodāmō & tremūt & iste tremor nō est pprius tremor de quo loquimur hic. sed potius dicit̄ motus cōcussiuꝰ aut tremulus q̄uō dicit̄ pulsus tremulus ut pᵒ cañ. fen zᵃ. c. de causis specieruʒ pulsus. Et forsan qđ. A. hoc dixit ut faciat te perpēdere qđ nō solū loq̄mur de tremore quē pprie uocāt medici tremorē. sed de aliis modis tremoris uñ etiā loquet̄ de tremore qui ē rigor fortis qñ ponet auctorē Ypo. Posses tñ istū textū uiolētare ut dicat̄ qđ in istrumentis icurrit desiccationē & nō obedit reflexioni. s. ppter defectū uirtutis a siccitate nō ppter indurationeʒ & tūc fit tremor uirtutis defectu. Ad cōtrariū dicendū qđ alii auctores dederūt intelligi qñ dixerūt euacuationes supfluas esse cās treoris Gal. etiā dedit intelligi qñ dixit qđ senectꝰ ē mala cōplexio frigida & sicca unde senibꝰ fit tremor. Ad rationē primā dicēdū ꝙ durities dicit̄ causare tremorē ut notū ē nō eniʒ est intelligēda causa ut mēbra oīno arefiāt. Ad zᵃᵐ rationē dicendū qđ etiaʒ in ethico pōt fieri tremor cū tentant ambulare. & hoc ppter eoruʒ debilitatē sequētē siccitatē & caliditatē licet pprius defectus uirturis motiue sequat̄ frigiditatē & humiditatē ut sup̄ apparuit caᵒ. de palisi. ¶ COMMVNITAS VERO. Hic ponit causas tremoris que sunt simul in uirtute & in instrumēto & hēt duas ptes sicut duplici uia ostēdit causas posse dici cōes uirtuti & instrumēto. ibi zᵃ. Aut aduenit uirtuti &c̄. Dubitat̄ quare ponēs cās ex pte uirtutis & istrumēti. i. mēbri ponit malas cōplexiōes frigidas uel calidas a q̄bus fit uirtuti ipedimentuʒ. cōtra qa isto mō cause que superius sunt dicte proprie instrumēto possunt dici cōes. s. mollificatio & opilatio & siccitas qa iste sunt dispositiōes instrumētoruʒ & aduenit ex eis uirtuti impedimentū. aliter eni non facerēt tremorē. Amplius. A. liᵒ. i. fen secūda caᵒ. de cāis debilitatis mēbroꝶ sumitis ex parte mēbroꝶ siue instrumētoꝶ appellat malas cōplexiōes qᵒ mō hic gᵒ dicunt̄ cāe cōs ui tuti & membro. Ad huius solutionē cōsiderandū qđ. A. aliter distinguit. pmo liᵒ fen zᵃ cās debilitatis membroꝶ & aliter hic cās debilitatis uirtutis motiue. naʒ ibi cās debilitatis mēbroꝶ dixit esse uel sup mēbro ut sunt male cōplexiōes & cōpositiōes debilitates uel super spiritu ut cāe spiritus resoluētes uł super uirtute ut operationū iterationes spiritꝰ resoluentes & debilitātes que cause quomō distinguant̄ ibidē declarauimꝰ. ¶ Hic uero. A. cās debilitatis uirtutis motiue distinguit i cās que sunt ex parte uirtutis & istas uocat accidētia aīe & ānexa ut coitū modū supra dictū & in causas ex pte instrumēti & istas uocat dispsitiōes corpulētas ut remolitionē opilationē & idurationeʒ qua flexiōi resistit. & cās cōes. & istas causas cōes non intelligit in pmo modo hic posito cās cōpositas ex pmis causis aīe & causis. s. dispositionibꝰ corporalibꝰ. sed de hoc dicet̄ in secūdo modo intelligēdi. Cōitas. i. cās cōes sed intelligit hic in pmo dicto cās cōes modos malaruʒ cōplexionū. Vbi cōsiderandū qđ modi malaꝶ cōplexionū tripliciter considerari pñt seu dici cause cōes instrumēto & uirtuti. pᵒ mō intelligēdo de quacūq̄ mala cōplexiōe pducēte ad debilitatē uirtutis motiue per simpliceʒ distēperantiā. nā ipa mala cōplexio ponit̄ cā ex parte instrumēti quia ē disposisio quedā materialis siue corporalis & hec nō hēat accidentia aīe que dicūtur magis disponēs aīe & cū hoc cōuenit complexio cū mollificatione & opillatione & iduratiōe que dicte sunt dispositiones istrumētoꝶ & ex hoc dicunt̄ esse ex pte instrumēti. ponit̄ ēt mala complexio neruoꝶ uł musculoꝶ cā ex pte uirtutis nō quia sit dispositio uirtutū siue aīe sic accidētia aīe sed quia cōplexio est dispō que inter oēs dispositiōes corporeas plus apropinquat ad existentiā uirtutū. & ideo quidā uocauerūt complexionē uirtutē & dixerūt ēt eā esse naturā & substātiā mēbroꝶ ut apparet ex Halyab. tractatu zᵒ. z6. cōmēto & pmo de iuuamētis noue trāslationis & 3ᵒ de cōplexionibꝰ & iōualde per se & imediatius complexio mala ledit & debilitat uirtutē hoc aūt non hñt cause dicte ex pte istrumēti solū. s. mollificaᵒ & induratio & opilatio. Isti. n. sunt quidam modi

substantie & effectus complexionis .s. molliti es & duricies .et dispositio uie .s. opilatio .ista aut quis debilitent instrumenta .s. neruos & musculos qa aliter non possent esse cā tremoris tn non sic pncipaliter sicut facit mala complexio .apparet igr qd mala cōplexio potest dici cā cōis & apparet solutio ad pmuz & ad secundū argumentū. Secundo modo considerationis potest dici mala complexio cā comunis intelligēdo non de qlibet complexione mala qa non de illa que ledit per excessuz solum in gdu qa talis reducit in cāz que est ex pte instrumēti .sed itelligemus modos malaꝝ cōplexionū ledentiū cū pprietatib⁹ malis ut cuz uenenositate .uerbigrā frigus uenenosuz aut calor uenenosus nā hee cōplexiones inquātuz sunt cōplexiones dicunt cāe ex pte istrumenti quia sunt dispōnes corporales & materiales magis .sed inquātum ledūt pprietatib⁹ uenenosis dicunt cāe ex pte uirtutis .qa pprie uerenositas est quedā pprietas post cōplexionem sicut uirtus mēbri etiā qa uenenositas opponitur ipi uirtuti. Et tūc exponem⁹ textū. Cōitas uero .i. cōmunis cā instrumēto & uirtuti est ut instrumēto accidat nocumentū .i. cā nocens pueniens ad h° ut noceat uirtuti .s. p pprietatem quēadmodū frigus uehemēs .i. uenenosū Extrinsecus .i. cā extrinseca ut iusquiamo uel opio aut pūctura ut scorpionis aut ex humor .i. uenenoso frigido .s. spermate congelato corrupto. Aut ex calore uehemēti sup. & ueneno so sicut apostema. Adustione .s. a uentis uenenosis pūis. & alia ut pūcturis serpentū & similibus ¶ Tertius modus dicendi ē qd solam malā cōplexionē frigidā nocet hic cām cōez instrumēto & uirtuti motiue. & h° qa mala cōplexio frigida per se cōtrariat uirtuti motiue & ideo potest dici cā ex pte uirtutis .sz inquātuz est dispositio materialis dicit etiā cā ex pte instrumēti. Dicit autē frigiditas per se cōtrariari uirtuti tripliciter .qa cōtrariatur motui qui ē operatio uirtutis cū frigiditas imobilitet. & qa cōtrariat spiritui. & qa contrariat directe cōplexioni cū qua fundat uirtus & operat .qa in omni tali uincit calor ut alias declarauim⁹. Ista autē frigiditas inducitur a causis per se infrigidantib⁹ que sunt uel infrigidātes absolute ut aer frigid⁹ uel ifrigidantes cū uenenositate ut pūcture animaliū frigidoꝝ uenenosoꝝ .inducit eniz talis frigiditas p accidēs ut a cāis calefacientib⁹ que resoluēdo infrigidāt .ergo. A. hic solū enumerat complexionē frigidā malā. Et dic cōitas .i. cuz p cōitatez ē ut istrumēto accidat nocumtū .i. cā nocēs .s. frig⁹ puenies ad h° ut noceat uirtuti .s. pncipaliter & directe quēadmodū aduēit ei frigus uehemēs extrisec⁹ ut ab aere ul medicis frigidis &c. Aut sup. aduenit frigus ex calor uehementi sicut aput idest post adustionez .i. fortem calorem aeris adustiuum qui resoluēdo infrigidat & facit deficere uirtutē motiuā & alia idest alie res calefacientes ut balneum. Hec exspō confirmat ab. A. li°. i. fen z^a ca° d causis debilitatis mēbroꝝ cū dicit Operatio eius .s. caloris opationū frigitatis in stupor ē similis ppterea qd corrūpit complexionē spiritus .s. resoluēdo quēadmodū accidit ei qui multā in balneo fecit morā. Iaz aūt sciuisti ꝙ tremor uirtuti motiue ē sicut stupor sensibili. Quarto pōt dici qd cāe ex parte uirtutis dicunt que multū impmūt in spiritu .s. accidētia aīe & cohitus. Et qa frigiditas multuz in spiritu iprimit iō dicit caūa ex pte uirtutis Dicit ēt ex parte istrumēti qa ēt opillat congelando ¶ AVT ADVENIT. Hic est secūdus modus exponēdi cās cōes istrumento & uirtuti. Considerandū aūt ꝙ dupliciter pōt littera exponi siue intelligi. pmo qd alicui homini aduenit simul cā ex pte uirtutis & suuz nocumentū uerbigrā .quia timet uel gaudet subito & cū hoc hēt cām tremoris corpoream siue ex pte istrumēti .uerbigrā qa pter usū ebrietatis hēt moliciez in neruis pñtigit concurrēt hee due cause & duo nocumēta cāruz & facere tremorē et possibile est quod utraq causa per se sit sufficiēs i faciendo tremorem & possibile est quod una iuuet aliam licet occultatur quandoq tremor in utentib⁹ ebrietate .qa nōduz impssit licet cū pauco tremor ul ira tremūt. ¶ Secūdo mō pōt exponi ꝙ alicui homini eueniūt cāe resoluentes spiritus & cōgellātes & iste dicuntur ex pte uirtutis & ex alia parte adueniūt male cōplexiones que secundū se non cōgelarēt nec resoluerent .sed nocerēt alio mō .s. dispōnēdo organū & iō dicuntur iste esse dispōes istrumētoꝝ simul g°. dicte dicunt cāe scdm cōitatē .s. ex pte uirtutis & ex pte istrumēti. pma tn expositio ē meliō

¶ TREMOR. Hic ponit diuersitatē tremoris ex parte subiecti. & pmo facit hoc z° ponit cōparationē iter cās tremoris. Ibi z^a. Et cā qdē pma in duo. pmo ponit diuersitatē dictaz. z° assignat cām cuiusdā. Ibi z^a. Et qnq. Dic p° qd tremor qnq est in oibus mēbris .s. capite corpore maibus & pedibus .qnq est i corpor .s. toto pter caput. & qnq ē ecōtra qa in solo capite. Et cā haꝝ diuersitatū est qa nocumentuz ē in aliquo neruo & non in oibus. Considerandū qd licet tremor qui ē accidēs uolūtarij motus frequēti⁹ cōtingat in uno mēbro q in toto & hoc quia plus cōtingit unū neruū uel musculum unius mēbri noceri quā totius

corporis neruos uel musculos tñ etiaȝ pōt toti corpori aduenire tremor qui est accidēs uoluntarij mot⁹ qa omnib⁹ lacertis pōt adueire talis d̄bilitas. Iste tñ tremor cōis toti corpori qui fit a debilitate uirtutis motiue & mēbri ğuitate ñ est ille tremor cōis toti qui fit a forti rigore uel qui est fortis rigor. ¶ Sȝ dubitat̄ q̄re tremor qui ē accidens uolūtarie uirtutis fit frequētius in mēbro uno. sed tremor qui ē rigor fortis uel cōcussio in rigore fit frequenter i toto & nō. uidem⁹ qd̄ fiat in mēbro uno unde. G. in libello de tremore & rigore &c̄. tremor est nocumentū accidēs in mēbro & rigor nō est nocumentū accidēs n̄ si toti corpori In hac questione dicā sicut fugiēs. p° difficulto eaȝ. nam bene dicim⁹ quasdā ptes corporis rigere ut manus uel pedes ut probleumatū. 2ª. Et sumit̄ rigor pro quadaȝ circūnfrigidatione. Sȝ tñ rigor cōcussiu⁹ qui nō fit spasm⁹ fiens nō uidet̄ appropriari uni soli parti sine alia si eniȝ manus cōcutiat̄ aut ē tremor qui ē accidēs uolūtarie uirtutis aut spasmus fiens aut iectigatiōis modus cōiter igit̄ non fit pticularis rigor. s. cōcussio pticularis qualis est i toto ppter frig⁹ q̄rtane. dico igit̄ qd̄ si causa tremoris in rigore ponat̄ motus expulsiue ut uidet̄. 5. de accidēti nō facile ē inuenire cāȝ. si autē cā ponat̄ caloris reuerberatio. qa hec nō fit fortis & agitatiua nisi in toto calido leui⁹ est in hoc cām uidere. Aliis ergo nūc dimitto qa nimis plongarem. ¶ ET QVANDO QVE. Hic ponit quādaȝ diuersitatē tremoris & cām eius & est questio de qua dubitat̄ pmo cap°. cōti. de tremore. s. quare accidit tremor quādoq̧ quibusdā in manib⁹ & nō i pedibus & motiuū est hoc. si eniȝ nerui manus sunt lesi ppter lesionē in nucha multomagis debēt esse lesi nerui pedis qui nascuntur sub illis. ¶ Assignat ergo tres cās. pria cā est qa cā que facit tremorē non pcedat ex nucha sȝ ē in ramis neruoꝝ penetrantibus ad manus & extra nuchā & ab extra uenit eis cā. Secūda cā est qa licet cā incipiat a nucha & inde oriatur uerbi ğtia aliq̄ materia flegmatica fluit a pn° nuche tñ natura statiȝ expellit eā ad ppinquora loca que post talia sunt pncipia neruoꝝ manus & latus ppinquius. s. lat⁹ sursuȝ ꝙ ē ppiqui⁹ materie pcedēti ab origie nuche quā lat⁹ deorsuȝ. In hac ergo expulsiōe natura defendit nuchā que est nobilior ut materia nō penetret i nuchā & ut nō assequat̄ finē suū. s. q ē nocere toti nuche. ¶ 3ª cā ē fūdata sup ista propositōe spirit⁹ motiu⁹ ē fortis i uirtute et magis uincēs in quātitate i ptibus corporis inferioribus. s. cossis & cruribus. Istaȝ ppositioneȝ probat in illis mēbris spiritus motiuus est fortior in quib⁹ ē maior necessitas illi⁹ spiritus siue motus facti per spiritū. sed in mēbris iferioribus habūdat necessitas mot⁹ & spiritus motiui plusq̄ in supioribus. s. manibus hui⁹ rationis ponit minorē dicens scd̄m necessitatē illoꝝ mēbroꝝ. i. scd̄ȝ necessitatem quaȝ hn̄t illa mēbra de suo simili. i. de spiritu motiuo siue de opatiōe motiua. & hic ē unus modus loq̄ndi Auic. in plurib⁹ locis. Ex hoc infert̄ cōclu° pncipalis. naȝ stante una cā nociua in nucha magis patient̄ nerui manus q̄ nerui cruriuȝ & cossaꝝ & hoc qa illi sunt debiliores in uirtute motiua. sed nerui partium iferioꝝ sunt fortiores. sed ptes fortiores non ita patiunt̄ ut debiles nec patiunt̄ nisi a cāis uirtuosis & potētibus. & iō si patit̄ istrum ē tū forte partiū iferioꝝ hoc ē quia cōfortatur sup alio cause hoc ē. qa addit̄ cāe in fortitudine. Causa. n. una potuit ipedir̄ motū man⁹ qn̄ occurrūt nuche illa cā sed eadē non potuit impedire motū ppriaꝝ partiū inferioꝝ ppter illoꝝ fortitudinē. si ergo impediat ē quia additio facta ē in uirtute illius cāe. unde supat manus aūt nō ē ita. s. sicut ē de partibus iferioribus qa impediri pōt a cā non multum forti. Aliter tñ alias exposui partē que dicit qd̄ si patit̄ istrumentuȝ. i. si passio adueniat nuche cōfortat̄ ei⁹ seperatio. i. est ita fortis pars inferior qd̄ pōt superar̄ cāe impssionē & non noceri. sed manus non ē ita. utraq̧ tñ expositio in idē recidit. ¶ Cōsiderandū ꝙ iste tres cāe differūt abinuicē. qa due pme ponūt cām nocentē extra nuchaȝ. 3ª cā concedit qd̄ q̄uis cā nocēs sit in nucha. tñ possunt noceri manus qa debiliores & non pedes quia fortior in eis est spiritus motiuus. sed pma causa differt a 2ª. qa pma cā ponit nocumentū non habēr̄ pncipiū a nucha. Sed 2ª cā ponit cām ancedēteȝ illius nocumēti fuisse pri⁹ in nucha. sed pelli extra ad loca & latus manū sic̄ ad ppinquiora. ¶ Dubitat̄ utrū spiritus motiuus & uirt⁹ motiua sit fortior in iferiorib⁹ corporis quā in supioribus. uidet̄ qd̄ nō mēbra ppinquiora mēbris que sunt fons caloris & spiritus aialis uident̄ fortiora i spiritu motiuo. Nam calor cordis & cerebri sunt motiui ut alias declarauim⁹ licȝ Auic. plus sentiat de calor̄ cordis ut 2° colliget & 3°. sed manus sunt ppinquiores illis ut Gal. pnosticoꝝ. 2° cōmēto 3° Et Serap. quarto breuiarij. 7°. ca°. ¶ Ampli⁹ Serap. 4°. breuiarij. 7°. ca°. assignās causam qd̄ manus ydropicoꝝ nō tumescūt sic̄ pedes assignat cām quia sunt facilioris mot⁹ q̄ pedes & ēt sunt multoꝝ motuū ergo est maior necessitas motus & spiritus motiui in maib⁹ q̄ in pedib⁹. ¶ Amplius 3° de anima ponitur

manus organū organoꝝ & pbleumatū 3°.4° pbleumate inuit̄.g° indiget mľto spiritu motiuo quia ex hoc uel ad hoc ē hoc organū. Amplius concesso qđ Auic.dic̄ uidetur posse contrariū ostendi sic̄ duabus uirtutibus existētibus in uno mēbro per unam uiam delatis una forti & alia debili occurrēte una cā nociua impedit̄ & fortis taliter & remanet debilis ut apparet de sensu & motu si.n.per unū neruū ferantur ad menbrum & leso illo membro aduenìat nocumentum potest auferi motus q consistit ī agere & fortior est. & remanebit sensus qui consistit in pati & est debilior ut ponit Galienus quarto de accidenti & morbo .ergo eadem ratione occurrente una causa in diuersis ptibus habētib⁹ uirtutē motiuā diuersa una fortior reliqua debilior remanebit uirtus debilioris et nocebitur uirtus fortioris ¶ In cōtrariū ē Auic. Dicendū quod ī ptibus inferiorib⁹ corporis spirit⁹ motiu⁹ et uirtus ē fortior quā in supiorib⁹.s. manibus dico naturalitet.hoc declarat̄ ex pte īstrumentoꝝ.s.neruoꝝ & ex pte finis ¶ Prīo ex pte neruoꝝ qa nerui motiui ī inferiorib⁹ sunt solidiores & fixiores quā ī superiorib⁹ & sic spirit⁹ grossiores & minus sensibiles seu passibiles & hoc apparet ex duob⁹ p̊mo qa nerui quāto plus elongant̄ a cerebro & nucha tanto ex h° plus acqrunt de soliditate & duricie ut cōiter cōcessu3 est.Secūdo qa qñ ad aliquā pticula3 mittit̄ neruus psensu & pro motu & sensum illi⁹ pticule op3 esse certū expedit neruū sencientē esse mollē ut.Gal⁹ ponit in li°.i 6.de utilitate pticulaꝝ z° cap°.sed qñ sensu3 nō expediebat sic esse certū potuit neruus sic esse durior ppter motū.nūc manus plus apropinquāt cerebro & nuche molliori.similiter habēt certitudinē multā tactus.unde Auic. īfra cap°.de stupore ponit qđ ī tactu pedis respectu tact⁹ manus ē sicut stupor.g° eaꝝ nerui erūt molliores quā nerui cruriū & pedū. Secundo declarat̄ hoc ex pte finis.na3 ptes inferiores portant totū onus corporis sustentādo & transferendo de loco ad locū & tanta uirt⁹ sustētatia toti⁹ in quolibet crure solo oport3 qđ sit unđ Gal⁹.5°.de utilitate pticularū 6° cap°.i ambulando alteꝝ cruriū mouet̄ & alteꝝ firmatū in terra totā portat corporis nostri mollē. Idē etiā ponit.i 7 libro ultīo cap°.Apparet igitur qđ uirtus motiua & spirit⁹ motiu⁹ fortior est in inferioribus quā in supioribus ut sicut solidiores sunt nerui, ita suo mō spiritus motiui & ita dicā etiam minus passibiles ab occurētibus causis. Considerādū aūt ꝙ uirtus motīa dicit̄ non solum progressiua s3 substentatiua. Considerandum autem qđ l3 uirtus motiua

ī īferioribus sit fortior tñ ī māibus ē dearticulatior.plures.n.articulatōes et artificiosos motus faciūt māus quā pedes ut appet ī opibus artiū & ex hoc dicit̄ organū organoꝝ secundū unū modum dicendi ¶ Ad cōtrariū dicendu3 qđ p̊ma ppositio nō est cōcedēda simpliciter. na3 calor operatiu⁹ nō dat̄ mēbris secūdu3 ppinquitatē situalē s3 z^m necessitatē finis.plus eni3 caloris opatiui dat̄ epati & testicul⁹ quā panicľo tegēti costas & tñ epar & testicľi rēotiores sunt a corde dico aūt caloris operatiui pp cām quā perpēdere debes ¶ Ad z^am rōe3 dicēdū qđ nō seq̄t̄ consequentia. palpebra est mľtoꝝ motuū g° est fortioꝝ motuū palpebra eni3 plures mot⁹ facit quā pes uel man⁹ aut nō pautiores.tñ nō est fortior ī motib⁹ ¶ Vel aliter dicendū qđ pluriū motuū uel non pautioꝝ est crus quā man⁹.sunt eni3 cruriu3 opatiōes ambulatio cursus statio & saltatio quodāmō.manus autē in genere nō plures habet motus istis licet dearticulatiōes multas particulares habeat ¶ S3 tu diceres quomō ergo uerificat̄ cā data a Serap.dicēdū qđ p̊ma cā quā ibi dat est uerior.z^a cā uerificat̄ qa plu ralitas motuū secundum numeꝝ.s.ex multis dearticulatis motib⁹ est cā multe resolutiōis sicut dicimus ꝙ motus non fortis & multus plus resoluit quā fortis nō multus ut Auic. p̊mo libro fen z^a de his que ex motu pueniūt ¶ Ad tertiā dicendū ꝙ manus ē organū organoꝝ non qa fortior in motu sed quia ē dearticulator motuū artificialiū. ¶ Ad quartū dicēdum qđ siľitudo nō tenet.comparat.n.potentia3 actiuā & potētia3 passiuā ad duas potētias actiuas.In p̊ma compatiōe potentie actiue.s.motiue ad passu3 sensitiuū ē uerū q̊nia3 qñ per eūde3 neruū portat̄ aduenīēte cā nocēte.ita ꝙ imp̊mat aliquid īpedit̄ motus qui īdiget pluri spiritu. sed qa tactus eiusdē partis.i.sensa° per tactū pōt fieri cū pauco spiritu iō remanebit sensus tactus nō sic aūt ē cōparādo duas particulas quaꝝ una est fortis in uirtute actiua & in posse resistet̄ & alia ē debilis ī illa uirtute.Na3 occurrēte cā nocēte particula debilis statī patiet̄ nō potēs resistere.Fortis aūt particula nō sic patitur ¶ S3 tu diceres. Hic p̄supponit̄ qđ cā occurrat eide3 parti.s.principio nuche.Dicendū qđ uerū est Sed nerui īferiores duriores nō sic alterabūtur successiue sic̄ supiores.ēt uirtus tractiua spirituū erit fortior in inferioribus &c̄. Hic tñ ess3 speculandū & difficultandū s3 omitto

¶ ET CAVSA Q VIDEM. Hic cōperat cās tremoris.& dicit qđ cā que utplurimū facit euenire tremorē fixū est frigiditas.cā ē p̊mo quia nerui paratiores sunt pati ab istis.s.fri

gido & huido & frigid̄ & huide egr̄tudines ad neruos magis festināt. Secūda cā est. quia frigiditas & humiditas sunt q̄litates magis impediētes uirtutē motiuā ut sup̄ apparuit ca° de paralisi. ¶ Dubitat̄ quia siccitas facit tremorē fixiorē quā frigiditas & humiditas cū difficilius sit siccū humectare. ¶ Dicendum tripliciter. p̄mo qd̄ q̄uis faciat tremorē fixiorem nō tñ dominat̄ i faciēdo euenire frequenter. z° qd̄ hic fixus tremor accipit̄ ut cōtra distinguit̄ tremorib⁹ huiusmōi subito accidentibus & euenientibus in accidentib⁹ aie. 3° qd̄ tremor a siccitate. s. idurando musc̄los non est uerus tremor. ¶ Considerandū p̄mo ꝙ frigus ponit in neruis malā cōplexionē & in h° dicit̄ debilitās neruos. cōgelat ēt spirit⁹ & i hoc dixit & spirit⁹. qd̄ dic̄ de hūido p3 ex sup̄ dc̄is.

¶ ET YPO. Q VIDEM. Hic ad cōplendā scientiā de tremore dedit cano. tres. ibi secundus. & scias. ibi tertius. & tremor. Pria in duas. p̄mo ponit cano. qui ē affo. Ypocratis. z° ponit expositionē eius. ibi. z^a. Gal. uero. Primo dicit quod Ypo. dixit. 6^a. pticula affo. cui accidit in febre causon tremor alienatio soluit.

¶ GALIENVS Q VIDEM. ¶ Hic ponit p° expositionē Galieni. z° suā. ibi z^a uerumtamē Dicit p̄mo qd̄ Gal. in cōmento illi⁹ afforismi nō cōcedit hunc afforismū. s. esse ypo. ex eo ꝙ ad ypo. mentē nō uadit qa ypo. cōsueuit dicere ex accidētibus morbi pfectā eoꝝ solutionē sed in hoc casu si soluit̄ causon tñ alia passio nō minus periculosa inducitur. s. alienatio.

¶ VERVNTAMEN. Hic remouēs Galieni expositionē dicit qd̄ secundū rei ueritatē afforismus nō ē falsus habēs modum uerificandi imo ē uerfiicabilis & hēt modū. Considerandu3 autē. qd̄ duos ueros intellectus dat huic afforismo Auic. 4° lib° fen p̄ma ca°. d̄ causōe Vnus intellect⁹ ē qd̄ causoni coniungit̄ trēor uerus. & h° ex materia frigida humida mollificāte neruos dissoluta a causone. tunc si superuenit alienatio siḡficat cerebri calefactionē & ex hoc neruoꝝ. unde potest fieri trēoris cura° Alter modus ē ut itelligas p textus trāsposi tionē qd̄ in causone fiat aliena°. & trēor superueniēs siḡficās expulsionē resoluat causonem & alienationē. Istos modos nō declaram⁹. hic tñ cōiter dicit̄ qd̄ Gal. i cōmento illo itelligit qd̄ alienatio nō curat quia sit causa curans. s3 bene uult quod curat quia sit signu3 cure.

¶ ET SCIAS. Hic ē secundus canon in quo uituperat̄ magis tremor lateris sinistri. Considerandū qd̄ quidā dixerūt qd̄ tremor lateris sinistri cōsiderat̄ ul̄ rōe cure & sic est prauior. qa uirt⁹ in latere sinistro ē debilior. uel rōe cause & sic est min⁹ p̄uus qa a minori cā fit eo qd̄ cū sit debilis siue debili⁹ lat⁹ & frigidius a debiliori cā incidit tremorē respectu lateris dextri ut patet illo affo. secūde ptic̄le. In morbis min⁹. de hoc diximus sup̄ breuiter in cap°. de palisi. ¶ ET TREMOR. Hic est terti⁹ canon ¶ Considerādū qd̄ trēor senū uel est a frigiditate & siccitate senili qua aliqs senex pōt tremere licet non omnis senex & tal̄ tremor nō remouet̄ beneficio medicine sic nec dispositio senilis. Vel talis tremor ē materialis a materia frigida & humida & talis etia3 non remouetur aut raro propter defectū uirtutis eoꝝ. proprie si sunt multum senes sicut etiā dic̄ ypo. qd̄ brāchi & cori3e i uald̄ senib⁹ nō maturantur. ¶ SIGNA. Considerādū qd̄ cause tremoris que sunt ex parte uirtutis sunt accidētia aie & sunt nota. Cause uero q̄ sunt ex parte istrumenti sunt ēt note. s. molificatio opilatio & exiccatio. opillatio cognoscit̄ ex ca° de paralisi & ca° de spasmo & relique cāe sunt note & ideo dixit. Signa aūt sunt cāe predicte.

HAC &c̄. Hic ponit curā. Et primo in sermone cōi siue aggregatiuo. secundo in speciali. Ibi z^a. Et si est. ¶ Considerandū circa primā partē ꝙ curā tremoris uult itelligi ordinari ex cura paralisis & spasmi & ideo breuiter & cōfuse hic p transit. Innuit g° hic curā q̄tu3 ad pparatione3 marerie. p̄mū cum dixit apertiōe opilationū. z° q̄tum ad euone3 cū dixit. & euacuatiōe ex quo sequitur destructio molificatiōis. 3° q̄tum ad neruoꝝ cōfortatione ex medicis sciuisti superius. 4° quātu3 ad rectificationē complexiōis siue sit siccitas siue frigiditas.

¶ COMPRESIONE uero. i. fricatiōe forti.

¶ ET FRICATIONE. s. nō sic forti. resoluūtur materie & calor uigorat̄. EXPVLsione. s. per clisteria. ET SECVNDVM. ꝙ ostēdimus &c̄. quasi dicat generaliter cu3 oībus dictis in cura generali. i. fen quarto ca° d̄ cura paralisis. BALNEVM in aquis maris. i. tine. ¶ ET BALNEA. i. aque naturaliter tales

¶ ARSENICI. i. auripigmēti. ASPALTI. i. napte de qua serap. capitulū facit. DIXIT bis in aquis maris qa in aquis salsis. naturaliter uel artificialiter uel in eis puris uel commixtis cū aliis. ET SI &c̄. ¶ Hic dearticulatius ponit curā & p̄mo per medicinas. z° per dieta3. Ibi z^a. Et oportet. Prima in duas. p̄mo ponit curā scd̄m diuersitate3 cāꝝ. z° secundu3 diuersitatē partiū. Ibi z^a. Et si tremor. Prima in tres secundū qd̄ tres modos ponit cur̄ tre

moris secundū tres cās.p̄mo eius que fit á
frigore.z° ab ebrietate.3° ab humorib⁹ gros
sis opilātibus.Ibi zª.& si.Ibi 3ª¶ Si aūt.Cu
ra aūt tremoris ab accidētibus aie est nota &
ēt ab aliis causis quas uidet̄ omittere. Que
primo dicit patēt.¶ Cōsiderandū circa secū
dā partē qđ per euonez possum⁹ intelligere
euacuationē p uomitū & clisteria.Si ebrietas
nōduz imp̄s̄lit multiplicādo materias in ueis
uel euonē per uomitū & cum solutiuis qñ iā
multiplicauit materias.reliq̄ aūt que ponit
de oleis sunt ad resoluendū & cōfortandum.
¶ ANDOCHOCA dicit̄ qđ ē trifoliū & ui
detur qđ cōferat huiduz & siccū. sed huidū
cōfortat¶ SI AVTEM. Considerandū qđ
tremor ex huōribus subtilibus.s.ībibitis aut
grossis.s.nō sic aptis ībibitiōi.aut est recens
aut antiquatus & cōfirmat⁹.iō dicit.Aut cō
firmat̄¶ Considerandū q̄ huius treōris curā
Auic.multū abreuiat.& q̄si cōfundit qa uult
te scire eam ex canonib⁹ prima fen & zª hu⁹
iam p̄missis.In summa tñ curā ponit per ex
trinseca p̄mo.& p° per uētosas ut calefiāt lo
ca.uel si materia ē sanguinea scarificet̄ locus
z° per tinas dictas sup̄ in qbus est resolutio
materiex & cōforta°.Intelligit aūt q̄ si expe
dit p̄cedāt euones secundū generalē doctrinā
cañ dictox.z° ponit curā per itrinseca¶ Vbi
cōsiderandū qđ per finē rei debem⁹ ītellige
re uel pcessuz cure quasi dicat prius incipe a
leuiorib⁹ medicis ut sunt yere cōitatis.s.yer̄
leues & calefaciētia leuia.Sed ī pcessu dabis
fortia calefacientia ut castoreum & yeras ma
gnas que sunt fortiter euacuātes ut yera her
metis uel ruffi uel yera diacolloquintidos.
¶ VEL IN fine.i.in finali & ultia curatiōe qñ
alia nō ualēt & redit fere in idē hec expositio
& prior.¶ PILLVLE de ruta & scolopen
dria qa exiccāt & resoluūt¶ CEREBRVM
leporis.Scitū est sup̄ qđ habet pprietatem.
Assatur autē ut remittat̄ eius humiditas.
¶ SIRVPVS etiam mellinus Potest sūmi p
aqua & melle.& potest sūmi p sirupis usua
libus ad neruox cōfortationē ut qui dicit̄ de
sticados factus cū melle qa plusq̄ zucharum
abstergit & calefacit.¶ DINVCHIVM.
Dicit̄ a qbusdaz q̄ sunt folia arboris balsami
& si nō habēt̄ summat̄ xilobalsamuz alia litte
ra habet xiloaloes. Alii dicūt quod sunt folia
rute.Alij dicūt qđ est sisamum ¶ SEMEN
malue in hoc habet proprietatē.uel ponit̄ ad
refrenandū siccitatē alteri⁹ medicie ne diffor
miter exiccet.Succus autē eupatorij ē exiccās
& calefaciēs.¶ ET VELOCITER. Qua
re in tremore materiali sis statiz sollicitus de
cura que ē dicta in cap°.de mollificatiōe & h°

ut nō cōfirmetur passio & ne materia pfecte
inbibatur.postea enim curatio non ualebit.
¶ ET SI TREMOR. Hic ponit curaz treō
ris qui est in capite docēs alterare materiā et
cōfortare neruos cū sticados & curare cū yera
pigra.s.cōi data sicut ē uel factis ex ea pillis
uel dissoluta cū sirupo mellino secūdū qđ tibi
apparet uel secūdū diuersitatē infirmox ī po
scendo sumere¶ PILLVLE COCHIE.Iste
dant̄ in.3.ii.qa forsan nō sunt ille qbus cōiter
utimur.de istis eni in hac cura sufficit.3.i.ul'
.3.i.&.S.& raro ad.3.ii.ascendimus.unde ēt
q̄rto cañ.fen.7ª. cap°. de cura alopicie in fine
docet dare puberib⁹.s.circa quatuordecimū
annū solū 3.S.pilluax cochiax. h° ergo signū
est qđ ipe sunt aput eos diuersax descriptio
num sicut etiā aput nos.Hic laudo cochias se
cundū Rasiz.9°.tractatu almansoris p̄mo ca°
tempus autē qđ hic ponit.s.de.x.dieb⁹ nō est
sumendū pūctualiter sz extiatiue ut tibi uide
tur. Ioar uero lib° z° tractatu. 7°.c.z°. &.c.
.i 9.in qbusdā suis solutiuis pq̄libet sella ī
terponit duos dies īter unā dosiz & aliā & to
tuz ē extimatiuū iudiciū. Rasis eni nono.tra
ctatu de paralisi docz solū tres dies īterpōere
¶ ET OPORTET. Hic ponit curā per die
tam debet esse uelocis digestionis ne ppter
morā in stomacho caput repleat.¶ VINVM
¶ NOCET. Iam dictum est supra capitulo
de paralisi quomodo nocet & quomodo non.
¶ AQVA FRIGIDA Silicet actu uel aqua
niualis & glacialis. ¶ Aqua pluuialis ē meli
or quia subtilis cito resolubilis & alterabilis
Multa fleubothomia nocet multiplicando uic
toriaz frigiditatis & frigidox humox.a qui
bus utplurimū fit tremor.si tñ cā tremoris
esset sanguis habūdantia flobothomia curat
īllū ut curata fuit illa ancilla sancomuti de.q̄
recitat Gal'.auctoritate ypo.in libello đ rigo
re & tremor̄ & iectigatiōe & spasmo qnto.c.

u

VSVS dictiōis hui⁹ stupor.Iaz cō
pleuit sermonē de tremore. Hic
determinat de stupor̄. & primo
ostēdo quid sit stupor & causas
& diuersitates.z° ponit signa.3° curam.zª ibi
ipsa eadē.ibi 3ª.& cura Prima ī quatuor.pri
mo ostēdit quid sit stupor.z° ponit causas 3°
ponit diuersitates ex parte loci.quarto ponit
quosdam can.ib zª causa autē ibi 3ª cause ue
ro.ibi 4ª Cum ergo posuerat.Prima in duas
primo premittēdo multiplicē esse significatio
nē dictionis huius stupor ponit enim primo
unū significatū stuporis z° aliud.ibi zª. Nos
uero. Dicit p̄mo qđ hoc nomē stupor qñq; su
mit̄ p paralisi ita qđ sunt nomina sinonima
& qñq; est.qa paralisis est ablatio sensus &

motus. Ideo qñq̃ stupor p̱ hoc sumit᷑. HIC NOS. ꝑmo ꝑmittit significatū hui⁹ nominis stupor. 2° illud qđ dixit ꝓbat. 3° reo̅uet du^m Ibi 2ª. qñq̃. Ibi 3ª. quis. Dicit ꝑmo qđ nos & multi dicim⁹ qđ stupor ē. &c̄. ¶ Conside randū qđ significatū stuporis ꝑmo modo est impropꝰ3 & est idē qđ paralisis & q̄ꝛ a pa ralisis uidet᷑ qđ sit principaliter nocumentū i uirtute motiua qđ est ablatio cū relaxatione. ideo sic ē stupor sed significatū secundū est ue rius & ē principal'r nocumentū in sensu tact⁹ .s. diminutio uel ablatio cui pōt cōiungi tremor aut paralisis. ¶ Dubitat᷑ quō stupor est mor bus officialis. Dicendū qđ ē morbus i poris .s. opilatiōis aut dilatatiōis eoꝝ secundū q̄ ui derur cōciliatori. aut est ibi morbus i situ qñ cōiungit᷑ illi tremor siue mollifica° .i. laxitas cum ꝓhibitione motus & tūc dicit᷑ ꝓprie pa ralisis. Illi uero qui dicūt ꝙ omnis dispositio nocēs actibus organicoꝝ mēbroꝝ ē morb⁹ or ganicus eo qđ opatiōes sensus & motus sunt opationes organicoꝝ faciliter saluant quomō stupor tremor & paralisis sint orgāici morbi siue officiales. Nos uero de his non curamus qa redirem⁹ ad ꝑncipia fen secūda ꝑmi cano.

fen. z^a. ca. de spēbus doloris. sed cornea n̄ h₃ i se artharias. ¶ Dicendū ad hoc simul. primo q̄ pulsatio n̄ accipitur pro dolore pulsatio. s₃ p expulsatione materie q̄ n̄ eni ulcera sunt in o culo pp̄ter fortē dolore₃ trahit̄ materia mul ta que etiā expellit̄ extra. Vnde apparet in eo qd̄ supponit̄ siue sit pecia siue puluil⁹. ¶ Ali ter secūdo dicēdū ad primū q̄ n distiguit̄ hic dolor pulsatiuus cōtra dolorē. sed cōtra dolo rem acutū uel pungitiuū uel extēsiuum. ut fit sensus. & ē cū eo. s. ulcere oculi dolor uehemēs .s. pungitiuus uel acut⁹ uel extēsiu⁹ uel corro siu⁹. & pulsatio. i. dolor pulsatiu⁹ ¶ Ad secū dū dicendū dupliciter. Primo qd̄ dolor pulsa tiuus nō fit in ulceratiōe cornee. s₃ i ulceratiōe cōiunctiue. qa hab₃ uenas & artharias. & iō exponat̄. & ē cum eo. s. ulcere oculi siue sit in cornea siue cōiunctiua. dolor uehemēs. s. aliqs dictorū dolorū. s₃ pulsatio. i. dolor pulsatiuus ē quādo erit in cōiunctiua. ¶ Vel aliter qd̄ in ulceribus cornee ē dolor pulsatiu⁹ nō ratio ne materie i cornea s₃ ratōne materie mote ad reliquas ptes oculi & ideo materia i toto ocu lo uidet̄ ifirmo qd̄ sit pulsatio. imo quasi ma leatio. & extēdit̄ quandoq₃ dolor iste usq₃ ad tipora. ¶ ET quandoq₃ est sanies. Hic ponit signa z^m diuersitatē materieru₃. ¶ Ad cuius textus expositiōem dubitat̄ quia uidet̄ Rasis cōtradicere in hoc Aui. secundo continentis p° ca°. ubi dicit. Et dixerūt qd̄ bother & pustu le que oriuntur i cornea sunt albi coloris & c̄. & pulmaceolus & pann⁹ supposit⁹ oculis si re mouetur inuenitur infectus putredine alba. patiēs infestatur dolore peximo & forti rep cussiōe. i. pulsatiōe. & si putredo uicinat̄ colo ri pulueris ut blauo uel croceo ē minoris rep cussionis. & si uicinat̄ rubedini ē minoris. Est ergo in hoc contradictio. quia Auic. ponit qd̄ quādo app₃ sanies alba significat dolorē debi lē. Et Rasis ponit qd̄ patiēs infestatur dolore peximo ¶ Itē. auic. uidetur sibiipsi contradi cere. quia dicit qd̄ significat dolorē debile₃. & postea dicit quod significat fortē pulsationē sed pulsatio fortis est dolor fortis. ¶ Amplı⁹ si sanies est rubea signat̄ materia sanguinea. s₃ i materia sanguinea plus fit pulsatio quā in alis materiebus saltē frigidis. ¶ Quida₃ sic istum textū exponunt. q̄ primo Auic. ponit si gna materiei flegmatice. & dicit q̄ quando sa nies que inuenitur in eo qd̄ superponitur est alba significatur materia flegmatica. aposteā eni facit debilem dolorem. i. n̄ facit dolorem a cutum uel corrosiuū. & q̄tū ad h° dixit. signi ficat debilē dolorē. Sed tamē quia flegma est humor gross⁹ & mult⁹ cōculcat artharias ex tali cōculcatione puenit dolor pulsatiuus. ut

Gal.2° de interiorib⁹. ¶ Dicūt 2° qđ. A. pōit sig^a materiei colerice & melācolice & aqie. & uult ꝙ si materia est colerica uel melācolica. & hoc cognoscit̄ si sanies est citrina aut fusca nō faciūt dolorem pulsatiuū. & hoc iō qa iste materie sunt pauce. & iō nō coartāt artharias & hoc ē qđ. A. uoluit. cū dixit. erit in illo .s. dolore pulsatiuo leuior. i. ñ erit dolor pulsatiu⁹ tñ dicūt qđ materia colerica facit dolorē acutū. sʒ melācolica facit dolorē aggrauatiuū. sed materia aquosa cū sit subtilis cedit motui arthariaꝝ. & iō nō facit dolorē pulsatiuū. & h° ē qđ Aui. uult. Aui. subtilis erit &c̄. ¶ Dicūt 3° qđ. A. ponit signa materiei sanguinee. tā qñ materia ē sanguinea apparʒ sanies ī eo qđ supponit̄ rubea. Materia aūt sanguinea ñ facit dolorē acutū cū sit humor benignus. & h° est qđ dicit. Et cū fuerit rubea. i. sanguinea tunc dolor erit leuior ualde .s. dolor acutus tñ dolor extēsiuus & pulsatiuus erit fortis pp multitudinē sanguis & sui caliditatē. ¶ Alii exponūt aliter. & uolunt qđ hic ponūt̄ signa ulcerationū de materia saniata uel nō saniata. Primo ergo ponit signa ulcerū cornee quando materia est digesta. Secūdo q̄do nō ē digesta sed digerit̄. Tertio specialiter ponunt̄ signa. quādo ulceratio ē in cōiunctiua. ibi 2^a. si uero fuerit. ibi 3^a. sʒ cū. ¶ Dic̄ prio qđ quādo sanies ē alba. quia materia ē digesta. significat dolorē debilē qa facta sanie cessat dolor. & pulsationē fortē. i. forteʒ expulsationē seu expulsionē. qa natura fortiter expellit & pōt expellere materiā quā digessit. Qđ aūt Auic. utat̄ hoc uocabulo pulsationē. i. expulsionē appʒ p eūdē 4° can. fen 3^a. ca° đ flegmōe. SI VERO Ponit sig^a quādo materia nō ē uicta a natura .s. qa nō ē digesta pfecte. sʒ digerit̄. & dic̄. qđ si talis sanies ē citrina uel fusca ul' subtilis ex qb⁹ significat̄ qđ nō ē pfecta sanies sʒ fit. erit leuior in illo .s. ī expulsiōe materie .s. q̄ quādo apparʒ sanies alba. q̄ si uelit dicē qđ ē expulsio minor. & non debet intelligi. erit leuior .s. dolor. quia hoc esset falsuʒ imo dolor est maior. cū dolor sit maior circa generationē saniei q̄ facta sanie. ¶ SED CON FVERIT. Pōit signa ulceris coiūnctiue. & debet exponi sic. Sed si fuerit rubea .s. ulceratio. dolor erit leuior. i. passio erit leuior. quia securior q̄ si esset in cornea. ¶ Hec expositio fuit Dini. & credo qđ prima expositō etiā fuerit sua. & dicit qđ si non exponat̄ sic litera non potest saluari. nec respondet ad contradictionē. qa eā nō mouet. ¶ Ex dictis uero duabus expositionibus possum⁹ colligere unā perfectiorem expositioneʒ que est qđ hic Auic. per signa sumpta a colorē docet significare sup quedā accidētia in ulceribus oculi. Et dicit. p⁹ qđ si sanies que appʒ super cotto. uel alia re que superponit̄ oculo est alba. significat debilē dolorē .s. actu. sed pus fuit fortis quādo sanies generabat̄. Et significat fortē pulsatiōem. i. fortē expulsiōem. uel .i. dolorem pulsatiuū .s. pcessisse. uel. i. quēdā sensum ipulsionis materie quā natura pellit. & h° multū percipit̄ in oculis pp̄ter sensibilitatē multam eoꝝ. ita ꝙ qdam infirmi solliciti in h° sentiunt manifeste motū expulsionis materie copiose ab oculis. ¶ Dicit secūdo. A. ꝙ si illud qđ apparet fuerit sanies citrina fusca uel subtilis erit leuior in illo .s. pulsatione .i. in expulsatiōe. ¶ Vbi considerandū qđ. A. per h° circūscribit nobis materiam nō bene digestam notificando eā colore illaudabili. quia sit citrina uel fusca. Vterq̧ enim istoꝝ colorum significat ꝙ natura nō bene uincit materiam. notificat eam ex parte substātie. qa sit subtil̄. ¶ Ex q̄bus significatur ꝙ natura non pōt copiose expellere. sic̄ si materia fuisset pfecte uicta. ¶ Tertio. A. dicit ꝙ si sanies q̄ appʒ sup cotto uel pecia. erit rubea. dolor erit leuior. Hoc aūt pōt tripliciter exponi. Primo qđ dolor .s. acutus erit leuior. Alio mō dolor. i. passio. quia significat̄ materia benignior .s. sanguinea. Tertio mō pōt exponi qđ dolor. i. pulsatio. i. expulsio erit leuior. & dicit̄ dolor. quia aliquis est ibi sensus in materia expulsione. ¶ Sūt g° tres ordines ī tali expulsiōe. Prim⁹ ē copiosus quādo materia ē digesta perfecte. Secūdus ē minor quādo materia est digesta. sʒ nō pfecte. unde est sanies illaudabilis. Terti⁹. ē adhuc minor q̄do materia ē cruda. nec natura egit in eam actionē manifestā nec perfectā. tunc eni natura nō temptat expulsionē Natura enim suis utens uirtutibus. Prio tēptat assimillare qđcūq̧ potest fieri benignū. deinđ uero expellet̄. ut pōt capi ex mēte Gal. 2° de differētiis febriū. Per h° ergo. qđ Aui. dixit. Si est rubea. itellexit materiā sanguineā crudā que nundū perfecte uel iperfecte facta sanies. & illđ qđ đ ea apparet sup cotto ē pl⁹ per uiaʒ resudatiōis q̄ p uiā expulsiōis a uirtute post digestionē agētē. ¶ Hic uideo multa dubia que pp̄ter plixitatē obmitto. ¶ Ex his ad Rasim dicēdū primo qđ textus ille ē colligātium. i. expimentatoruʒ. & ideo forsan nō cōtinet oīmodam ueritatem. ī hoc solo qđ dixit. qđ quādo sanies est alba. patiens ifestatur dolore pximo. imo tūc mitigatur dolor. ¶ Vel aliter saluādo eū qđ infestatur dolore pximo scʒ pus uel si sanies remaneat & fiat corosiua. ¶ In aliis aūtē dictis textus Rasis esset ualde conformis exponi nostrē quā credo esse ad mētē Auic. Nā Rasys inuit tres ordi

nes repercussiōis idest expulsionis materie: ut appȝ in textu. Dicit enīȝ ꝙ si putredo est al ba. repulsio. i. expulsio est fortis Sed si ē citri na uel blaua. i. fusca &c. repulsio ē minor. Si uero est rubea aduc est minor. ¶ Ad secūduȝ dicēdū qđ accipit ibi pulsatione pro expulsati one. Vel aliter qđ dolor pulsatiuus prius fuit fortis quādo fiebat sanies. ¶ Ad tertiū quid sit dicendū appȝ per littere expositionem. tam̄ in Aui. ebraico ubi dic. dolor erit leuior. habe tur alibi fortior.

Cum fuerit ulcus in oculo. ¶ Hic A. ponit curā. Dirigit aūt eaȝ se cūdū sex intētiones. Quaꝝ prīa est regiminis rectificatio. ¶ 2ª e uacuatio materie. ¶ 3ª ē ꝓhibitio cursus. 4ª generalis ulceꝝ curatio. 5ª sedatio acciden tiū. 6ª specialis ulceꝝ curatio per cōsolidatio nem. Primo ergo ponit curā q̄tū ad intentionē primā 2º q̄tum ad secūdam &c. ibi secunda. & intendat. ibi 3ª. & si fuerit. ibi 4ª. & ad sū mū. ibi quinta. & si color. ibi sexta. & q̄do mū dificat. ¶ Mesue uero ponit aliā intentioneȝ q̄ est delere uestigiū ulceris de q̄. A. faciet capi tulū singulare. ¶ Dubitat̄ circa primā parteȝ utrū patiens debeat iacere super oculo in quo est ulcus. uel sup alio. Et uidet̄ primo qđ su per neutro. per Rasim nono almāsoris. caº. de ulceribus q̄ fiunt in oculis. ubi dicit. Eger pre terea suppinus iacere dȝ cui cōsonat Mesue 2º ca. dicens. Iaceatq̄ eger suppinus. ¶ Videt̄ ꝙ super eodē oculo in quo est ulceratio sit q̄escē dū p Rasim 2º cōtinētis. pº. ca ubi dicit Cuȝ pustule superueniūt dextro o l'o. dormiēdu ē sup dextrū. si in sinistro simil'r s. sup sinistro. ¶ In cōtrariū ē Auic. ¶ Huius dubitationis solutio apparet multū ex dictis i cº de obtal.ª ¶ Dicēdū igit̄ qđ in ulceribus oculi. uel ma teria actu fluit ad oculū. & tūc oȝ situari infir mū sup latere opposito. uel resuppino. ut sup̄ declaratū fuit. Vel materia iam fluxit. & ē in parte. & tūc uel ē suspicio đ exitu uuee q͂a q̄ī aliqua incipit apparere eminentia. uel nō ē đ hoc suspicio. Si quidē sit suspicio đ exitu uuee debet īfirm⁹ suppine situari. q͂a hic situs ma gis cōuenit in hº. ut notū est. Vnde dicit in se quēti capitulo. Scias qđ necessariū ē tibi quā do ulcus icipit in eminētia ut facias adherere oculo ligaturā qua sustentat̄. & resuppinatio idest qđ infirmus iaceat suppinus. & hº mō i telligit etiā. Rasis & Mesue. Si aūt de exitu uuee nō sit timor. nec đ fluxu & aliqua mala materia sit i ulcere uel in ptib⁹ illis. dico qđ infirmus debet sup eodē oculo quiescere i q̄ ē ulcus. tamē sup re multū n. cli. iatio est. q͂a ex hº situ materia illa aptius emanat ab oculo q̄ retenta ē causa corruptionis. & hoc mō lo quebat̄ Rasis 2º cōtinentis preallegato capiº Vnde Iesus Haly trac. 2º. 53º caº. hāc ratiōeȝ inuit. dicens. Precipe habēti ulcus. ut dormiat super latus ubi ē ulcus & non corodat sanies tunicas oculi. Si fuerit in dextro dormiat sup dextruȝ latus &c. ¶ Ex quib⁹ contraria solu unt̄ ¶ Dubitatur. 2º diceret aliquis Auic. uo lēs probare qđ in disruptione ulceris regimē ingrossetur. probat per hoc quia. si nō ingros satur multiplicantur superfluitates. Sed con tra. quia ieiuniū uel abstinētia consummit su perfluitates & nō auget ut summit̄ in comen to affoꝝ. particule prime. ubicūq̄ cibus. &. 7ª particula illo aff. Corporib⁹ humidas carnes habētib⁹. ¶ Ad intellectū huis notandū quod Auic. tres causas ponit. quare debes grossius dictare quādo ulcus disrumpit̄. pria causa ē ne debilitet̄ uirtus. 2ª causa est ne prohibeat̄ ulceris consolidatio. 3ª causa ē quia per subti liationē multā multiplicātur superfluitates. Horuȝ declaratio. est nā ulcus dicitur disrūpi quādo sanies copiose ab eo manat. ex hac ergo euacuatione particula q̄ si debilitatur. & iō oȝ remittere sicut ēt facimus in pleuresi. ꝙ quāto plus sputi fuerit plus refectionis adhibemus Debilitat̄ ēt uirtus in toto corpore. q͂a medic⁹ usq̄ ad illud tēpus fecit dietā multum subti lē. ut ꝓhiberet cursum materieꝝ ad oculū & ideo si cōtinuatur cū subtiliatione. infirm⁹ de bilitat̄. Ex hoc aūt multiplicātur supfluitates in oculo. q͂a oculus debilis factus in euacuati one recipit corporis superflua. multiplicāt̄ ēt in toto. q͂a ꝓpter multā & superfluaȝ abstinē tiā humores corrūpunt̄ calido intenso. ēt uir tus debilis deficit a resolutione superfluitatū ¶ Ex quo seq̄tur ꝙ cōsolidatio nō pōt debite fieri. licet igitur iste cause sint tres. due tamē ex eis sunt cā tertie. nam quādo particula de bilitat̄. & sup̄fluitas in illa multiplicat̄. tunc ꝓhibet̄ cōsolidatio. & iō Auic. us⁹ ē isto mō loquēdi. ut nō debilitet̄ uirtus. & nō consoli det̄ ulcus ¶ Ad cōtrariā rationem dicendum qđ lȝ abstinētia cōsumat corporis hūiditates pōt tamē per accidēs illas multiplicare. ut ui sum est. Sȝ tu dices. que subtiliatio ē ista. & que ingrossatio ¶ Dicēdū qđ subtiliatio ē 2ᵐ gradus uel nihil dando. uel ptisanā. ul' farinā ordei. uel micā panis. uel alia consimilia. sȝ in grossatio erit dare extermitates. s. galline uel edorū 2ᵐ Iesuȝ ¶ Alicui tñ dieta subtilis eēt pull⁹. & grossa dieta extremitates porci. O portet eni medicū in hº esse doctū. & oȝ ut ñ repleat̄ &c. ut nō clamet &c. q͂a disrupi pos set cornea. & exire uuea. & trahiᷓ materia ad

ocꝛꝰ ex hᵒ neq̃ &c. ¶ Cōsyderādū qđ littera q̄ dicit. Si aūt ingrediatur. pōt dupl̄r exponi. Vno modo si ingreditur. s. post maturationē. quia ēt si post maturationē egritudinis idest materie balneetur. nō dico moretur ibi. ut non debilitet uirtus. Alio modo pōt exponi. Si ingreditur. s. ante maturationē. Balneū enī ante maturationē quādoq̃ conceditur ad temperādam acuitatē materie. & ista debet esse q̄daȝ lotio. non mora in balneo. & hoc intellexit Rasis zᵒ cōtinentis. cū dicit. non clamet nec sternutet patiēs nec intret balneū. nisi materia existente digesta & si intraret balneum non diu moretur. ¶ ET INTENDAT. Hic ponit curā quantū ad aliā intentionem que est euacuatio materie. Quō autē fiat flebothomia & quādo. supra dictū est. in caᵒ de obtalmia. ¶ Consyderādum autem quod euacuare humores acutos est ualde cōferēs in cura. quia ex hoc prohibet̄ ulceris additio & festinatur cura. et ideo precipit frequēter euacuar̄. q̄a đ quarto in quartuȝ diē. In hoc tamē medicus debet habere iudiciuȝ estimatiuū sanū. q̄a forsan omni die posset aliquid euacuare. & forsan oȝ interuallū maius facere. s. de qnto in quintum. uel de 6ᵒ. uel de 8ᵒ. ¶ Ex decoctionibꝰ & infusionibꝰ. s. mirabolanoꝝ. uel fumi terre. uel ex infusiōe aloes. s. ut tibi uidet̄ Iesus Haly. uero cōfidit in hac cōfectione postq̄ laudauit đcoctionē mirabolanoꝝ. ℞. dragagāti partē. i. succi liquir̄. ptem. i. scamonee assate partē mediā. fiāt pillule. & accipiat̄ ex eis pōdus. ʒ. i. Ego uero minorē dareȝ dosim & esseȝ cōtentus i medicina sine scamonea. nisi uiderē indigentiā ex multa materia. & ñ euacuabili per leues medicinas.

¶ ET SI FVERIT. Hic ponit curaȝ ulceꝝ q̄tū ad intentionē que est ꝓhibitio cursus materierū ad oculū. explicans hic in obtalmia. & dic̄ ꝙ tu debes uti medicinis cōgregantibus diuersas uirtutes. s. prohibitiua obtalie & doloris & ut sit ꝓhibitiuā cursus. & uirtutē cōsolidatiuam ulceꝝ. q̄si dicat. A. ꝙ nō debent absolui he medicine a uirtute qua iuuēt i ulceribꝰ seu uulneribus. & q̄a si possibile est oȝ hec uulnera curare secūdū uiā prie itētionis id dixit. Cōsolidatiōem ulceꝝ. i. uulneꝝ. uel summit̄ hic large cōsolidationem ꝓ omni qđ ēt ad cōsolidandū iuuat. & in fine assummat. Q đ si ē cursus. s. materie. ad oculū permisceat̄ qđ habet uirtutē ꝓhibitiuā. i. repercussiuā. sicut succi frigidi. & alia dicta supra caᵒ de obtalmia. Cōsyderādū qđ in colirio qđ ponit Aui. est infrigidatio & repcussio que sunt cōferētia i ulcere si quis cōsyderet. sicut ē coliriū anessestigi. i. de annulo. alcufci. i. camphora. & cerusa. đ q̄bus plene diximus supra. Lac uero i hᵒ cāu inìectuȝ in oculum est ualde conueniēs. quia est in eo ifrigidatio & abstersio modica zᵐ Iesuȝ. ¶ Notandū qđ Iesus Haly. docet facere coliriū hᵒ i isto casu. ℞. gumi arabici dragagāti amidi. anna. ʒ. ij. ceruse. ʒ. v. opij dimie argēti. anna. ʒ. i. cōiungāt̄ & misceantur cū aqua pluuiali & fiat sief. ¶ ET AD SVMMVM. Hic ponit curā q̄tū ad generalē intētionē. i. in curatione ulcerū. quia hec ē exiccatio sine mordicatione ꝓpter multa oculi sensibilitatem. Et hec declarata sunt supra trac. pᵒ. 4ᵒ ca. ¶ ET SI CALOR. Hic ponit curā q̄tū ad intētionē q̄ ē accidētiū prauoꝝ sedatio large summēdo accidēs. maxie aūt docet remouere accidētia que ꝓhibēt ulceꝝ curatōnē. ista aūt accidētia sunt mala cōplexio ptis. & zᵒ cursus materierum diuersaꝝ. & 3ᵒ sordicies. & 4ᵒ corrosio. quatuor igit̄ fac. sic q̄ttuor sunt hec q̄ doceȝ remouere ibi zᵃ. & si fuerit. ibi 3ᵃ. ꝙ si ibi 4ᵃ. & si fuerit. ¶ Cōsyderādū ē ad itellectū prie ptis qđ coliriū alsedenigi. ē coliriuȝ de lapide ematitis. ¶ Duo autē coliria inueniunt̄ i quibus itrat lapis ematitis. Vnū ē magis lene uel lenitiuum. sicut illud qđ scribitur. 5ᵒ can. summa zᵃ. trac. zᵒ in pnᵒ cū dic̄. Coliriū qđ posuit uir &c̄. & satis potest dici etiā lenitiuū. quia ñ asperuȝ medicamē. ꝙ nominat̄ duo. maior &c̄. Aliud est magis siccuȝ & asperuȝ. sicut illud Coliriuȝ aliud mirabile & expertū. & laudat̄ in albedine &c̄. et multa alia potes ibi notare. Ad extinguēdū igit̄ caliditatē & curationem ulceꝝ ē lenitiuū De istis. colirijs cōsydera igitur qđ forsaȝ lȝ i usu sarcacolle stati nō eēt tāta securitas. tamē ipsius uirtus multū reprimit̄ ab opio & succo mandragore. Vlterius considerādū qđ coliria de olibano sunt multa rū descriptionū. Illud enim qđ ponit̄ a Rasi 9ᵒ. alamāsoris & a Mesue caᵒ de ulceribus oculi non conferret in extinctiōe caliditatis. sȝ in cōplēdo maturationē. ut summit̄ ibidem a Rasi Multa uero medicamina recipiētia thus ponunt̄. 5ᵒ. can. loco preallegato. q̄ in ulceribꝰ competerēt in quibus est fortis calor Coliriū uero Iesus tra. zᵒ. 48ᵒ. ca. ē etiā utile ad maturandū & mūdificandū qđ ibidē lege. ¶ Vlteriꝰ cōsiderādū ꝙ duplex littera repit̄ hic. Vna q̄ dic̄. Si dolor fortis fiat. adm istra &c̄. Et tē intētio Aui. est. ꝙ si i ulcer̄ ꝑseuerat dolor pᵃ alia facta remedia signū ē ꝙ nō potest ptransiri quin saniet̄ materia. Oȝ igit̄ approximare coliriū maturatiuū. sicut est colirium đ olibano. & cū hoc miscere aliquid qđ cursuȝ ꝓhibeat. Instillabimus igit̄ coliriuȝ de sedenigi. primū cū colirio de olibano Rasis. ¶ Alia lr̄a dicit. Si calor fortis &c̄. Et iā apparet eius expositio. ¶ Scetalicum quidā dicūt qđ ē nomē

auctoris Alij dicūt qđ ē coliriū đ sanguīe draconis. Et conis. alr comis. exponūt. i. de cicuta Ego ñ inuenio coliria sup his nominibus. sed ponūtur in. 5°. can. coliria in hoc multū utilia. Et succus conis est succarū. i. cicuta laudatur i doloribus oculi 2°. can. ab Aui. ET SI FVERIT CVRSVS. Hic docet resistere cursui materie. mō magis speciali q̄ supra. qa docēt ad diuersas materias currētes. Coliriū dāni⁹. alr̄s denarmius. i. de spica apud quosdā Alii dicūt ꝙ est nomē cōponentis. Emelluy cion. i. coliriū cum melle. dicunt quidā. Ego ñ inuenio huiusmodi coliria nisi cōsimile a Serapione. trac. 7°. Sed tu recurre ad Mesue p colliriis. & ad dicta supra ca. de obtalmia de materia calida. & ca. de obtalmia đ materia frigida. ubi habes coliria ꝓhibitiua cursus materierū utrarūq. Coliriū sebrienum nō inuenitur Spica celtica. lʒ de celtica explicet. tameʒ nardi pōt poni. QVOD SI IN VLCERIBVS. Hic docet remouere sordiciē cum abstergentibus ut cū sir° de melle & c̄. & si times calorē cū lacte. qđ si nō times cū aq̄ mellis. uid ista ca° de cura febel. i fine ibi expoīturʒ a me.

ET SI FVERIT. Hic docʒ remouere corrosionis nocumētū. Drachametilon. dixit. qđ est nomē illius hominis q cōposuit. Alibi iueni ꝙ ē coliriū factū ex opio & melle. 5° can. ñ iuenitur. Si tñ bene cōsyderas. Aui. sup̄ i ca° de obtalmia in materia corrosiua laudauit opiū. Et ideo p hoc coliriū intelligemus colirium opiatuʒ. Alias tamē medicinas habeas cū opio mistas secundū intētionē q tibi occurrit. Si enī cū corrosione ē fluxus materierū ad partē pncipiū obtalmie uteris sief albo in quo sit uirtus opii. dissoluto cuʒ albumine oui uel lacte. Si uero nō sit hoc. sed materia indigēs maturatione miscebis illud cū colirio de olibano & dissolues illud cum aqua fenugreci. ET QVAMDO MVNDIFICATVR. Hic ponit curā ulcerū oculi quātū ad intētionem q̄ est cōsolidatio. & est hoc complemētū cure ulcerū. & p° premittit in hoc intētionē & canonē electionis medicinaꝝ ad hoc enumerans quasdā ex illis. 2° q̄rundā ponit descriptionē ibi 2ᵃ. descriptio. Ad primū intellectū considerandū. ut supra declaratū fuit medicie cōsolidātes sunt q habēt debitam exiccationē sine mordicatōe ne trahāt materiaʒ. sicut plūbum ustū cortices ostracoꝝ adustoꝝ. & sicut thus & pprie cū cortice ut qdam credūt. ista tñ debēt approximari facta mūdificatōe saniei. Et iō dʒ exponi. Et quādo mūdificaẗ ulcus. i. qñ est mundū. Ista aūt medicamina q̄dq miscētur. ut quando uelles coliriū tempatum i primis qualitatibus s. in caliditate & frigiditate

qñq aūt exuberant medicie frigide ut sedenigi & cerusa. & hoc qñ in parte eēt calor. qñq exuberat olibanū q̄do eēt caloris đfectus. Intētiōe tamē sumpta a cōplōe particule. debet coliriū declinare ad frigiditatem cōplōis & iō cōis usus i cōsolidādo & generādo carnem i ulceribus oculi est cum factd plūbo nesesti gi. i. anulum plumbū adustū. Modum adustiōis pōit Seruitor. quia adurit faciēdo lāinas. & ponēdo iter eas puluerem sulfuris. & ponēdo in olla ad ignem. & cū incēditur miscetur cū uirga ferrea. & tueatur facies. quia fumus eius multū nocet. ablutum. s. cum aqua ut remoueaẗ impressio sulfuris. Vnde 2° can. qđ ex eo adustū ē iuuatiuū ulceribus oculi. & proprie cum abluitur. Albebat. i. de plumbo. Cinis ostraci fit hoc modo. accipiūt teste cōchiliorū. & terruntur & ponunẗ in olla munda. & poniẗ i fornace figuli una nocte. & si appareret sicut cinis albus bene. & si nō iteꝝ ponaẗ ibi. uel in furno panis quousq fiat albus Ablutus ponit cinis in aqua & agitatur cū ea & pmittitur quiescere & aqua pıciẗ. tu aūt p omnibus istis recurre ad. 7ᵃ. librū Azarauij qui dicitur Seruitor. sedenigi. i. ematites. DESCRIPTIO. Hic ponit discriptiōeʒ medicinarum. s. coliriorū duorum que cōueniūt in consolidatiōe ulcerū post eorū mundificationeʒ. Luteris. ē nomen componentis. albebar. i. de plūbo. sed in hoc primo colirio non itrat plūbum. nisi inquātū intrat cerusa. Climie qđ sic supradictum ē. aurus est pondus. ʒ. i. ℈. lʒ q̄doq iueniaẗ qđ est minus q̄. ʒ. ut summiẗ ab Auicenna fen 14ᵃ. capitulo de cura ydropisis asclitis. Aliud & c̄. est forte scilicet in exicādo & solidando. & ideo ubi queris maiorē exiccationē ad cōsolidanduʒ uteris isto colirio Tak idest stella terre. & est sicut gissū & c̄.

Vandoq fit a ruptura. Supi⁹ Auic. determinauit đ rupturis cornee. & propri⁹ sermo fit đ ulcerib⁹ cornee. Hic đtermiat de q̄dā passiōe cōtigēte i oculo que est ruptura cornee. Et primo notificat nobis hanc passionē quātū ad sui causas & modos in hoc innuēs signa. 2° ponit curam ibi. 2ᵃ quom perseuerat Pria in duas primo notificat nobis hanc passionē modo quodā. 2° modo alio manifestiori ibi secunda. & possibile quidē est. Prima in. d. primo ponit causas rupture cornee. 2° ponit dispositionē q ad illā conseqẗ de illa exequens ibi. 2ᵃ. & tunc appʒ uuea Circa primā partē dubitatur. p° in q̄ differat ruptura ab ulcere đ q̄ dictū ē in ca° p cedenti. Secundo dubitaẗ. quia Auic. dicit

primo capitulũ de rupturis cornee.& postea dic.quãdoq; fit a ruptura.quomõ gº ruptura fit a ruptura.¶ Ad primũ dicẽdũ ꝙ ulceratio de qua dictũ ẽ.in caº precedẽti.& ruptura d qua hic dicit differũt i duobus & cõicãt i uno.qa utraq; passio ẽ solutio continuitatis cornee.¶ Differũt pmo.qa ulceratio ẽ soluº cõtinuitatis i aliqua partiũ cornee ꝓfunda ul' supficiali.Sꝫ ruptura est solutio cõtinuitatis totã corneã secũdũ ꝓfũdum rũpẽs ul' maiorẽ partẽ.& iõ ista solutio cõtinuitatis q̃ dicitur ruptura ẽ maioris q̃titatis q̃ ulceratio.¶ Differũt zº qa rupturã sequit exitus uuee.sꝫ ulceratio ẽ solutio cõtinuitatis sine exitu uuee.
¶ Ad secũda dicendũ p littere expositionẽ.ruptura cornee q̃doq; fit a ruptura.i.ab ulceratione facta a causis itrisecis.sicut ab obtalia & bothor.Possunt enĩ ulcera de qbus sup̃ dictũ est tantũ augeri ꝙ dicunt rupture.& q̃doq; fit a causa extrĩseca.ET TVNC APPARET uuea Hic determinat de dispõe que cõsequit rupturã.talis aũt dispositio est exitus uuee.pmo ergo premittit hoc.zº declarat eius species 3º ponit quoddam notabile.ibi secũda.& quãdo.ibi tertia.& scias.¶ Dicit primo.tunc.s. qñ cornea est rupta seu dirupta apparꝫ uuea
¶ Dubitat de hoc.qa dicerꝫ quis.imo uidet qđ debet exire humor albugine⁹ cũ sit magis paratus ad exitũ q̃ uuea.¶ Dicẽdũ ꝙ ruptura cornee uel ẽ in recto pupille.& tũc parati⁹ exit humor albugine⁹.Vnde Gal.4º de accidẽti & morbo pº caº Si uulnus cornee cõcauũ.i. profundũ efficiat ut humores exterius exeãt suspicio cecitatis ẽ ꝓpter hº.Si pars cornee q̃ est ante pupillã perforetur ut foramẽ usq; interius extẽdat suspicio cecitatis erit.¶ Idẽ sentit Iesus tractatu zº.7iº caº.ul' talis ruptura ẽ magis lateralis.& sic erit uuea.& causa est qa ipsa adheret cornee ꝓprie tamẽ exit q̃do ulceratio ẽ magna.Si eni est ualde parua penetratio ñ põt pelli uuea.sed potius possꝫ resudare albugineus humor.& iõ Aui.loquẽs de exitu uuee.dixit.qđ fit q̃do ẽ ruptura.i.magna solutio cõtinuitatis i cornea.¶ Vlteri⁹ cõsyderãdũ qđ in ruptura cornee duo cõsyderamus.s.ipsam cornee passionẽ.& ut sic sit sermo de ea i tractatib⁹ de passiõib⁹ cornee.sicũ Auicẽna facit.Secũdo cõsyderamus ibi ipsaꝫ egritudinẽ uuee que est remotio a suo situ & figura & ut sic determinat de ea i capitu l' de passionib⁹ uuee.sic fc̃ Azarani⁹ & q̃dã alii. & per hoc cessat qđ contra Auic.posset obici
¶ QVOD SI.¶ Hic declarat species exitus uuee.& habet partes quatuor.sicut sunt quatuor eius species.ibi zª.si autẽ ibi.3ª.& que ẽ ibi.4ª.si autẽ egrediatur.¶ Ad intellectũ p me partis considerãdũ ꝙ exit⁹ uuee prĩe speciei differt ab aliis exitibus uuee in q̃titate quia est exitus paruus.tamẽ in hac paruitate est gradatio.qa si illud quod aparet đ uuea est res multũ parua. Videt sicut formice nigrũ.ideo dicit formicalis.imo quãdoq; ẽ lõga ruptura.& in longũ ꝓminet parũ de uuea & tunc uidetur sicut quedã parua formica. Si aũt sit res ñ sic parua uidet sicut capur musce qđ ẽ maius q̃ caput formice.& iõ dicit almusaragi.i.muscalis uel uespalis.Vñ Azaranus ca.de passionibus uuee.nominat istũ exitũ caput uespe.si autẽ exitus sit paruus.tamẽ maior aliq̃ istoꝝ.dicitur granatilis.qa in q̃titate unius grani frumenti.& hº ẽ qđ Aui.uoluit dicere.Et illud est secũdũ magnitudinẽ & paruitatẽ.SI AVTEM AVGVMENTATIOR Hic notificat secũdã speciẽ exitus uuee.
¶ Vbi cõsiderãdum ꝙ illa species secũda differt a prima.qa i hac apparꝫ manifeste maior q̃titas uuee q̃ i prima specie.& iõ sortitur nomẽ a membro patiẽte.& dicitur uuea.Alii tñ dicunt ꝙ dicit uuea a grano uuee.ET QVE est maior.Hic notificat tertiam specieꝫ exitus uuee.& dicitur uesicalis.quia est maior q̃ uesica.¶ SI AVTEM EGREDIATVR.Hic notificat quartam speciẽ exitus uuee.¶ Vbi cõsiderandũ ꝙ in nominatione istaꝝ specieruꝫ inter auctores est aliqua discordia.que plus est in nomine quã in re.Nam Halyab.uult ꝙ 3º spẽs exitus uuee ẽ illa q̃ prohibet clausionẽ palpebraꝝ.Sꝫ quarta species apud eũ nõ est nisi tertia species antiq̃ta.ita qđ cornea iã sit cõtinuata uel cõsolidata ipsi uuee.Vnde dicit sic in caº.de acumine.i.exitu uuee.qa tũc oculus acuit.Tertia species ut acumen exaltetur donec palpebras transeat & aliis cõtinuet.i. quasi equet ciliis.At uero quarta clau⁹ uocatur cũ acumine diuturnũ ẽ.& cõsolidatur super illđ cornea scissura.Et huic etiã cõcordat Iesus Haly.trac.zº.7º caº.& Azarani⁹.pal. caº.Auic.uero hic exitum magnũ ꝓhibentem copturam ponit speciẽ quartã.sꝫ infra tamen manifestiori mõ enumerat has species et cõcordat cũ predictis auctoribus. Posset tamẽ.A. hic cõcordari cuꝫ eis & cuꝫ seipso ifra diuidẽdo sic.qđ prĩo ponit primã speciẽ.zº secũdaꝫ 3º tertiã.4º quartã.ibi zª.si autem.ibi 3ª & que ẽ maior.ibi 4ª.& quãdo albificatur. Et zᵐ hãc diuisionẽ uesicalis et clauālis sunt una species.sꝫ differunt quasi zᵐ magis & min⁹. ut summit in littera.ambe tamen reponũt in tertia specie.Vnde Aui.ifra dic.Et tertia dr̃ uesicalis & clauālis.sed quãndo Aui.dic.Et qñ.ibi enumerat quartã spẽꝫ i qua uuea q̃ exiuit est cõsolidata cornee.Vnde apparꝫ cornea

alba & dealbat uuea ex longo tēpore. & ideo dicit infra. Quarta est quasi ipsa sit ex generē uesicalis. Verū tamē est cronica coniuncta cū eo. & cē. ¶ Secundo cōsiderādū qd duplex littera reperitur hic. una. que dicit. sepet inter palpebras. & coperturā .i. facit qd palpebre nō possunt oculū copire. imo illa eminētia stat inter eas & ideo etiā dicitur qd seperet inter palpebras. Alia litera dicit app3 inter palpebras et p3. ¶ ET QVANDO ALBIFICATVR. ¶ Hic ponit quedā notabilia. & prio i nū. 2° aliud. ibi 2ª. & scias. ¶ Ad primū intellectū notādu3 q ista littera pōt referri ad sermonē stat in dictū. & pōt referri ad totu3 qd dictū ē de specebus exitus uuee. ¶ Si quidē referrat ad id qd stati precessit. ē sermo talis qd i exitu clauali qñ albificat uuea ñ est eius sanitas i. ñ pōt sanari. quia significat uuee corruptio. & ex hoc mōstrat qd si uuea ñ sit corrupta & posset intus reponi sperat sanitas h° tñ nunq uidi in uno. uidi in tali exitu ceciratē incurabilē. ¶ Si autē referrat ad omnem specie3 exitus uuee. & est sensus talis. qd in qua cūq specie exitus. Si illud qd de uuea app3 uł exit ē coloris albi. nō est spes q liberetur infirmus. Et huiusmodi causa assignatur duplex. Vna qa uuea de se est coloris nigri uł celestini cū igitur dealbat significatur. qd ē facta multa alteratio. ut non sit conueniens pars oculi. ¶ Secūda3 cām ponūt qdam qd significat. qa cristallina appropīquit cornee. Vñ color uuee app3 albus. Istā tñ cām dealbationis uuee. si qs uellet posset faciliter reprobare. s3 ñ cura. ¶ Dubitat pp qd uuea sit nigra. stans ad aerē albificat. ¶ Dicendū qd cā ē duplex. Vna generalis. qa remouet ad cōtrariū p alteratiōnē. sed cōtrariū niger est albū. Secūda cā specialis est. qa aer resoluit humidū qd ē in supficie Vnde subintrās illustrat eā & facit apparere albam. ¶ ET SCIAS. Hic ponit aliud notabile. & dicit. quod quando cornea scinditur in longitudine nō uidet albedo s3 scissura & apparet quasi pustula longa. & h° ē qd dicit. & quasi speculat. i. pupilla. iam sit elongatus idest sit facta longa z^m longitudinē scissure. uł sit elōgatus. i. iudicat res lōgas. ut apparebit auctoritate Rasis. & ita dicit littera arabica. ¶ Dubitat. utrū cū scindit cornea in longum appareat albedo. Videt qd sic. quia generale signum ulcerū cornee ē albedo ut dicebatur. ¶ In cōtrariū. est Aui. ¶ Propter solutionē huius ē primo itelligēdū qd p longitudine3 cornee dbemus itelligere lōgitudinē a sursu3 in deorsu3. s. z^m longitudinē faciei. que ambe longitudines distinguunt contra profūditatē. ¶ Secūdo intelligēdū est qd in tali scissione.

aut omnes cortices scidunt siue rūpūtur aut quidā. qñocūq sit. uult Aui. qd in talib9 scissuris apparet quedā nigredo longa. z^m longitudinē illius scissure. & iō credit qd sit pupilla longa. ¶ Huius autē causa est quia in ruptura longa. uel propellit uuea. uel propellitur humor albugineus. Si quidē propellat uuea quia ipsa ē nigra. ideo apparet quedā nigredo ibi longa & quia pupilla ē in oculo pars que nigra apparet. ideo i prio aspectu quasi aliquis iudicaret qd iste haberet pupillā longā. ¶ Si autē non propellit uuea s3 humor albugineus stās inter partes cornee rupte. & extra prominentes tunc i illo humore stāte in figura lōga app3 pupille nigredo. & uidet quasi pupilla longa. & in tali casu app3 proprie pupille elōgatio quia illa nigredo non est fructū uuee. sed est iradiatio sup parte albuginei ibi stātis in forma longa. Et talis apparitio multu3 assimilat exitui uuee. sed non est proprie exitus uuee. s3 exitus albuginei. Et q̄doq apparet sicut esset una formica lōga. Et uidetur q̄si exitus uuee formicalis. cū tñ nō sit ppulsio albuginei q̄re autē appareat ibi nigredo dictū ē supra ca. de uesicis. ¶ Sed dubitatur qñō albugineus ppulsus nō exit extra. debere3. n extra cadere. ¶ Dicendū qd nō diu stare t. uł aliter q quādo nō totaliter quātū ad omnē corticē cornea ē rupta s3 rmanet aliqs cortex sc3 t n9 ppe & maxie exterior. tūc pōt teneri albugine9 & extra prominere. Et iō forsan. A. dixit quādo cornea rumpitur i longitudine. quasi dicat. q nō sit tota secundū pfundū rupta. Ad rationem in contrarium dicendum. qd in ulceribus cornee app3 manifesta albedo quādo cōsolidata sunt uel quando cōsolidant. & nō sic app3 manifesta ante cōsolidationē. & quādo sunt recentia. ut supra dicebat. & iō Auic. loquēs de ulceribus inchoātibus uł rupturis & non loquēs de cōsolidatis uel de his q̄ sunt apta in uia cōsolidatiōis. dixit forsan quando cornea rūpitur. & nō dixit. quādo iā est rupta diu. ¶ Vel dicēdū aliter qd lic3 ibi. sit aliq̄ albedo. pl9 tñ app3 nigredo. & pl9 facit se notabilē in ispectiōe q̄ albedo. Ego uero uidi h° sine aliq̄ albedis appitiōe. Aliter possum9 respondere qd ruptura cornee quedā ē pfunda in qua exit uuea. & ista si cōsolidant app3 alba. & de hac nō est sermo. Alia ē omnino superficialis in longū sicut ut us filus in qua cōtingit ptes superficiales cornee subtilissimas distrahi ad iuicē. & ñ exit uuea nec aliqs hūor. & ista ruptura nō albescit. qa nō fit cōsolidatio partiu3 ad inuicē. & si fit consolidatio fit ppter humiditatē subtilē paucā que est q̄si trāsparens. & ideo in ruptura tali nō appar3

albula sed pupilla app3 longa.qa app3 nigredo ꝑtracta in illa lõga fissura.radii eni nigri recipiunt̃ ibi siue in parietibus cornee.si ñ fit cõsolidatio. siue in humiditate illa subtili.si fit cõsolidatio & z^m illa3 longitudinem app3 nigredo longa.Et forte possibile ẽ qđ res ab extra recipiat̃ i forma illa & uideat̃ longe.& h° ẽ dictũ Rasis z° cõtinẽtis ca° đ strabositate cũ dic̃.Laniatio cornee accidit aliquando ꝑ lõgũ & nõ supuenit in ea morb⁹ qui dicit̃ albula.S3 uidet̃ tamen esse quedã passio.& ex hoc uenit qđ que uidẽtur apparẽt longa &c̃.

¶ Hic ꝑposuerã inuestigare q̃re pupilla gatti aliquãdo apparet rotũda & aliquãdo lõga sed obmitto.quia exiremus ad aliq̃ difficilia.

¶ ET POSSIBILE Q VIDEM EST.Hic notificat rupturas cornee.& ẽt exit⁹ uuee mõ magis manifesto.Et prio põit diuisionẽ quã dã.z° subdit.ibi z^a.eminẽtia uero que fit Prima in duas primo.facit quod dictũ ẽ.z° iter exitus uuee & uesicas ponit cõueniẽtiã & differẽtiã.ibi.z^a & assimilatur uesicis.¶ Ad intellectũ prime partis notãdũ ꝙ sicut quãdo uẽter.s.totus mirach inciditur extra apparent intestina uel 3irbus.quãdo autẽ rumpitur siphac prominet cutis extra impellẽte 3irbo uel intestino ita simili modo quãdo omnes cortices cornuee rumpuntur.extra prominet uuea Vnde Auic. hic ruptura quãdoq̧ fit in ominibus partibus cornee & corticu3 eius.& ẽ eminẽtia đ substãtia uuee.Sed quãdo nõ rumpũtur omnes cortices tunc eminei ipamet cornea impellente ea3 ab intra uuea uel albugineo & ideo dixit.Et quãdoq̧ fit in quibusdã partibus cornee & est eminẽtia ex ea ipsa ideſt ex ipsamet.s uuea impellẽte illum corticẽ uuee.

¶ Secũdo notandu3 qđ Aui.notãter dixit.Et fit apud corrosionẽ.qa prominẽtia cũ quada3 acuitate oculi fit in cornea q̃do cortex exterior cornee est sanus & iteriores sunt rupti.Si q̧s enim bene cõsiderat ñ potest oculo prominere cornea q̃do cortex iterior est sanus.& exteriores sunt rupti.Et si ꝑminet ñ sic appar3.Qđ aũt cortices cornee intrisecu rumpãtur.& extrĩsecus remaneat integer.maxime cõuenit a materia corrosiua rodẽte interiores.ita ꝙ remaneat exterior.Ferrũ enim incidẽs & casus nõ uidetur ꝙ possit hoc facere.& ido Aui.dixit & fit apud corrosionẽ.¶ S3 tu dices.ego uideo ꝙ ioffensionibus potest rũpi os capitis & ñ cutis.Rumpit̃ ẽt siphac & nõ cutis ergo eadem ratione potest rumpi cortex iterior & ñ exterior ex aliqua offensione & casu ab extra

¶ Dicendũ qđ possibilia lõginqua ego nõ nego tñ hoc nõ est simile.qa cortices cornee sunt magis sibiipsis adherẽtes & uniformes q̃ sit os capitis & cutis.ul̃ q̃ sit siphac & cutis.

Tertio considerãdum ꝙ iste modus declarandi ẽ manifestior.qa declarat uarios mõs rupture.s.totalis & ñ totalis.Vñ sequunt̃ diuersimodi exitus uuee.ut dictũ est.¶ ET ASSIMILATVR uesicis.Hic ponit cõuenientiam & differentiã inter eminentiã predictã.& uesicas.Et dicit qđ assimilat̃ uesicis.¶ Cõsyderãdũ qđ uesice similis talibus eminẽtiis sunt ille q̃ sunt in cortice exteriori.quia ille tendunt ad nigredinem.q̃do igitur cortex exterior cornee propellitur ab uuea ruptis corticib⁹ iteriori bus.uel q̃do propellit̃ ab humore albuginea.tunc uidetur q̃dam eminentia nigra.& iõ assimilat̃ uesice.¶ S3 differt &c̃.¶ Ad hui⁹ intellectum dubitatur.qa Aui hic nominat uesicas duras.cum tamẽ omnis uesica sit mollis eo qđ sit de materia aquosa.ut sup̃ dictũ fuit

¶ Secũdo dubitat̃.utrũ i tali exitu fiat rubedo in albedine oculi & ꝑulsatio.Et uidet̃ qđ sic.quia talis ruptura unde fit ille exitus accidit apud corrosionẽ.ut sup̃ dixit Aui. s3 quãdo fit dolor corrosiuus trahit̃ materia ad oculũ & rubescit.¶ In cõtrariũ.A.¶ Ad priu3 dicẽdũ pđ per uesicas duras possum⁹ intelligere acutas malorũ accidẽtiũ. Vnđ.A.supra distixit uesicas in suaues & acutas.¶ z° possumus dicere qđ intelligit uesicas in q̧bus ex multitudĩe materie ẽ aliqua tẽsio.maior.¶ 3° qđ uesice licet omnes sint molles .quia sunt aquose quedã tñ sunt magis moles.& queda3 mĩn⁹ q̃ possuntdici dur e Ad secundã dubitationẽ dicẽdũ ꝙ i uesicis & reliq̧s pustulis oculi est maior dolor quã i rupturis iã factis.ita qđ uuea exeat.& hoc ꝑpter duas causas Vna qa solutio cõtinuitatis fiẽs magis inducit dolorẽ quã facta.ut summitur quarto de accidẽti & morbo.licet hoc ẽẽt dubiũ.Secũda causa est quia ruptis corticib⁹ cornee materia non sic detinet̃ in loco .licet igitur in corosione & exitu uuee possit esse dolor non tamẽ parificatur dolori facto in uesicis & aliis pustulis fortis ergo dolor trahit materiã Vnde fiunt lachrime rubedo & dolor pulsatiu⁹. s3 non ẽ ita hic.s.in exitu uuee predicte.¶ Considerãdu3 ulterius qđ uesice siue dure siue molles sunt de materia aquosa.& ideo sub radio cedunt.sicut apparet in uesicis circa cutem.Sed in exitu uuee.quia uuea est corpus grossius q̃ sit materia aquosa non cedit radio.¶ Sed tu dicis si humor albugine⁹ ꝑpelleret illũ corticẽ exteriorẽ cornee.tũc cederet radio.qa est corpus molle sic aq̃.Dicẽdũ qđ forsan uerũ est.& ido o3 recurrere ad alia signa predicta.

¶ Vel aliter qđ materia aquosa ꝑternatura3 in ꝑte cõtenta ibibitur ad minimos poros tu

nice cornee & mollificat & relaxat eã q̃do fit ibi uesica. & iõ cedit radio. Sꝫ humor albugine us ꝑpulsus extra. nõ sic relaxaret cornee corti cem. & iõ apparet illa prominẽtia sub radio magis resistẽs. ¶ Et cõsidera sermonẽ. A. qa nõ dixit. Sed ñ est hic. Sed dixit. sed ñ est ita hic. quia lꝫ sit. nõ tamẽ ita. EMINENTIA uero. Hic ponit subdiuisionẽ. & primo unam. 2° aliam. ibi 2ª. eius aũt. species. ¶ Circa ꝓmã partẽ cõsiderandũ ꝙ ruptis omnibus corticib⁹ cornee quasi tota uuea exit sicut in tertia. & 4ª specie. aut pars aliqua sicut in prima & secũda specie exitus. ¶ Aliter tamen posset exponi. uel qđ tota ruptura implet̃ uuea exeũte ul' ps eius solum. EIVS AVTEM. Hic ponit aliã subdiuisionẽ. Vel possemus dicere ꝙ hic declarat magis in spãli premissam subdiuisionem. Erat aũt subdiuisio ꝓmissa hec. qđ eminentia ꝑp fracturã in omnibus corticib⁹ cornee. aut ẽ cũ aptione & exitu q̃si torius uuee. aut ptis & secũdũ h° essent due spẽs exitus uuee. Vult igit̃ magis pticulariter dc'are mõs exit⁹ uuee tũc hꝫ ptes quatuor. sicut quatuor sunt tales species siue modi. ibi 2ª. & secũda. ibi 3ª. & 3ª ibi quarta. & q̃rta. Pria in duas. pri° declarat primã speciẽ exitus uuee. 2° ponit cõueniẽtiã & differentiã inter eã & uesicas. ibi 2ª. q̃ q̃do ¶ Dicit primo qđ eius. s. eminẽtie q̃ ẽ exit⁹ uuee. ruptis omnibus corporib⁹ seu corticib⁹ spẽs sunt quatuor. supple ꝓma ẽ parua que dicit̃ granatilis siue granalis uel formicalis. ista sunt declarata supra. ¶ QVE QVANDO. Hic ponit cõueniẽtiam & differẽtiam. Conueniẽtia ẽ ista. qa uesica exterior ẽ nigra. & idõ exitus uuee quãdo minorat̃. i. quãdo ẽ puus uidet̃ sicut exterior uesica. Nã similatur sibi in colore. qa utriusq̃ color ẽ niger. & in quantitate quia uesica est parua. sicut uuea pustula. sic exitus iste prime speciei est paruus & proprie quãdo est formicalis. & nõ quãdo est uesicalis. & ideo dixit quãdo minorat̃ &c. ¶ Cõsiderandũ tñ qđ Halyab. & Aʒaranius ponũt qđ cõuenit cũ pustula. ET SEPERATVR. Hic differẽtiam ponit autẽ duas differẽtias. Prima ẽ qa exitus formicalis ẽ secũdũ colorẽ uuee. homines eñi qdam habẽt colorẽ uuee nigrũ. qdam uiridẽ. qdam mediũ. Illa igitur ps uuee q̃ ꝓminet in exitu formicali ẽ uel nigra uel uiridis uel media. Sꝫ color pustule differt a colore uuee. & h° est qđ Aui. dixit. qđ si differat color eius. s. alicuius eminẽtie apparẽtis de qua credit̃ qđ sit exit⁹ uuee formical' & tñ nõ est. uesica. ¶ Sed tu dices. in hoc nõ põt cognosci diuersitas a uesica exteriori et exitu formicali. qa uesica exterior ẽ nigra. & diuersificat̃ sua nigredo secũdũ diuersitatẽ nigredis oculi. ¶ Dicendũ qđ nigredo uesice cornee ñ ẽ sic nigredo uuee q̃ est uera nigredo. sꝫ est sic nigredo cornee q̃ ẽ nigredo per reflexiõeꝫ. Et ñ uult i hoc aliud Aui. nisi qđ nigredo exeuntis uuee. ẽ uera nigredo. & iõ secũdũ cõeꝫ situ et inspiciẽtẽ illud parꝫ qđ prominet i exitu formicali apparebit coloris nigri ul' uiridis. secũdũ plurimũ tñ niger. qa ẽ color uuee utplurimũ niger. Vñ Aʒaranius cõiter tamẽ niger est. sꝫ nigredo uesice nõ est uera nigredo. sed fcã p reflexionẽ. & iõ si infirm⁹ torquet oculũ. & tu ex obliquo ĩspicis apparebit tibi dyafana & ñ nigra. sed aquea. & cõsydera istud. & iõ. A. dixit. Si differat color a colore uuee. q̃i dicat. si habet n'gredinẽ. nõ tamẽ ueraꝫ sicut uueã ¶ Aliter tamẽ possemus respõdere ꝙ p uesicã intelligit pustulas alias nõ aquosas. Pria tamẽ solutio ẽ melior & subtilior. ¶ Secũdã differẽtiã põit Aui. ꝙ i exitu cornee aliquãdo cõsolidat̃ i sui extremitate qua iungitur uuee exeũte. & quia in cõsolidatiõe apparet albedo uidebis nigredinẽ prominẽtem circũdatã quadam albedine. Dixit autẽ quãdoq̃. qa hoc fit maxime in cõsolidatiõe cornee. Ante enim cõsolidatiõeꝫ nõ sic apparet albedo. causa huius albedinis dicta fuit supra. ¶ Cõsyderãdũ qđ limb⁹ põt esse nomen coloris & nomen loci. Nomẽ qdẽ coloris. qa significat rẽ coloris albi nõ clari. & talis ẽ color in circuitu. s. albus. qa ẽ in cornea. ut Serapio. Nomeꝫ autem loci. qa limbus ẽ circuitus uel extremitas ut patet. ¶ ET SECVNDA. Hic declarat secũdã speciẽ & patet. postea tertiaꝫ & quartam declarat. ¶ Consyderandũ qđ lꝫ Aui. sup ª. quartam speciẽ nominauerit claualeꝫ. tamẽ hic speciem tertiã nominat etiaꝫ clauãlẽ. quia similatur capiti claui. i. bulle rotund. Et differt a 4ª specie p antiquitatẽ. quia quarta species ẽ uesical' uel clauãlis supple uerũtamẽ est cronica. ¶ Ex quo apparꝫ qđ dicit̃ orbicularis. i. rotunda. s. cum magnitudinẽ. & h° ideo fit. qa cuꝫ magª pars sit extra de uuea uel quasi tota rotũdat̃ extra. & ideo ẽ sic una uesica uel caput bulle. Similiter etiã armille fusi. quia sic armilla. i. fusarolũ ibibit fusuꝫ. ita hic cornea imbibit. i. cõstringit lateraliter uueã. & illa circulariter ꝓmine. extra. Vel dicit̃ ex alio. quia sicut fusarolũ dicit quid rotundũ fuso appositũ & adherẽs ita uidet̃ quod illud de uuea sit cornee appositũ. & proprie similatur armille q̃ non penetratur a fuso sed apponitur fusi foramini & iõ Auic. dixit coniuncte cuꝫ fuso. ¶ Considerãdũ quod iste modus declarandi species exitus uuee est manifestior quã iste qui tangitur in principio capituli Et hoc ꝓmo. quia ordinatim dicitur prima spẽs & 2ª. & 3ª. & 4ª

explicando. Superiꝰ eniꝫ non dicebatur hec
est prima species.hec est secūda &c̃ Secundo
quia exitus uuee proprie fit cuꝫ cornea totali
ter in omni cortice disrumpitur.¶ Hic autē
Auic. premissa diuisiōe qđ cornea disrumpi
tur tota.uł quātū ad cortices.dixit qđ si tota
disrumpitur fiunt quatuor species exitꝰ uuee
Dubitatur utrū exitus uuee sint quatuor spe
cierꝫ ł plurium.uel paucioꝝ.Videt̃ qđ pluri
um qa sicut tertia species & quarta uidētur
differre tēpore.ita prima spēs noua erit uniꝰ
speciei & antiqua alterius speciei.& sic de se
cūda spē.& sic erūt sex spēs.¶ Amplius qđ
pauciores qa magis & minus ñ diuersificant
spēm sꝫ isti exitꝰ differūt secūū madgis & mi
nus.ut sup̃ īnuit Aui.¶ Ampliꝰ morbus āti
quus & nouꝰ sunt eiusdē speciei.ut tertiana
unius diei & uniꝰ mēsis.sꝫ.3ª.&.4ª.spēs dif
ferūt ut morbꝰ nouus & ātiquꝰ.¶ In cōtra
riū sunt oēs famosi auctores q q̃tuor species
ponūt.¶ Dicendū qđ isti quatuor exitꝰ uuee
ñ sunt ꝓprie spēs.sed sunt qdā modi.ut no
tū est.¶ Distinguunt̃ aūt modi isti dupł r.s.
generali distinctione.& sic possunt fieri duo
mōi uel tres.Duo qdē.quia uł exit uuea q̃li
totaliter uel exit ps.ut supra dictū fuit de itē
tione Aui.Tres aūt fiūt mōi diuidēdo secūdū
magis & minus & mediū.ut dicat̃ qđ exitus
uuee quidā ē magnꝰ qdam est paruus & qdā
mediocris.queādmodū ℥oar ponit tres species
trac.8º.primi libri.16º cº.¶ Distingūtur zº
distinctiōe speciali.& sic sunt q̃ttuor mōi.qa
quatuor diuersitates notabiles inspiciūt̃ in ta
libus exitibus.sic auctores testant̃ & expiētia
declarat.¶ Ad cōtraria dicēdū qđ licꝫ prima
& secūda species possint distingui in nouā &
antiquā.sicut tertia.Tamē hº non fit pp duo
pº quia nō sic euenit.prima eniꝫ species curat̃
& forsan secūda.sꝫ tertia nō ē credēdum qđ
curet̃.& ideo semp transit in quartā. Secūdo
qa nō ē sic manifesta diuersitas sicut essꝫ iter
tertiā & q̃rtā.¶ Ad zm dicēdū qđ ñ sunt ue
re species.& eodē modo ad quartā.Vel aliter
qđ etiā quarta species & tertia habent diuer
sitatē in quātitate.quia quarta species ē ma
ior.etiā in forma.qa quarta species ē orbicla
rior q̃ tertia.Hec autē sine actuali expientia
male docere possent.

C Vm ꝑseuerat &c̃.¶ Superiꝰ.A.
determinauit de causis ruptu
re cornee & speciebꝰ eiꝰ q maxi
me manifestāt̃ p modos exitꝰ
uuee & acuitiōis oculi.¶ Hic determinat de
cura.& prio ponit curā eius.quādo ē in prin
cipio.zº quādo ē ī ꝓcessu 3º quādo ruptura
iā ē et appꝫ exitus uuee siue eminentia.ibi.
zª cū autē ulceratur.ibi 3ª.cū autē fit ruptu
ra.¶ Ad ꝑmi euidentiā sciendū qđ ruptura
cornee tunc est in principio quādo in ea fit pu
stula mala de materia.calida acuta ad quā sta
tim sequūtur accidentia praua.s.dolor fortissi
mus pulsatio rubedo ex multa attractiōe ma
terieruꝫ & statim talis materia sui acuitate ī
cipit aliquaꝫ ulceratione in cornea facere. que
ulceratio si procedat perducit ad dilatationē
cornee & exitum uuee.¶ Potest autem hoc
pricipium rupture duobus modis in genere
curari ut summitur a Rasi nono almansoris
capº de ulceribus oculi.pº cū rebus prohiben
tibus uel curātibus absq hoc quod materia ī
sanieꝫ conuertat̃.Secundo cum rebus sauiā
tibus illam materiam .Primo igitur Auic po
nit curā primā secundo ponit secūdā.ibi.zª.et
dum preseuerat ī principio. Prima in duas ꝑ
mo premittit qualis debet esse cura rupture
inchoātis.zº declatat.ibi zª.đq indigēt.¶ Di
cit primo qđ dū perseuerat.s.ruptura in uia
generationis eius.i.in principio.uel eius cura
est cura ulcerum uel bothor.i.ulcerū bothora
liū.secūdum qđ diximus.s.in capº đ exituris
oculi & exituris cornee.¶ Circa quaꝫ partē
considerandū qđ ruptura cornee cū exitu uuee
habet tria principia successiue et per ordinem
se habentia.unū est principiū qđ est ipsamet
ruptura cornee parua ad quam seq̄t̃ exitꝰ for
micalis.& ideo si procedat augmētādo.qa ma
ior fiat disruptio fiet exitꝰ dictꝰ uuea.Et si ad
huc maior fiet exitꝰ uesicał & clau alis.ut supe
rius declaratū ē.Et curam huius ꝑricipiꝭ ru
pture cornee Auic.ponit ibi. formicalis uero.
Aliud ē pricipiū cornee qđ nō est pars ruptu
re cū exitu sꝫ ualde illi propiqua.& tale prī
cipiū ē ulceratio manifesta in cornea cum qua
nō exit uuea aliq̊ exitu.nec formicali nec uuea
li nec uesicali.Sꝫ si illud principiū.s. illa ulce
ratio manifesta parū plus crescat statiꝫ exibit
uuea.Et de tali principio rupture cornee.A.
loq̄t̃ ibi.Cū autem ulcerat̃.& ibi ponit curaꝫ.
¶ Aliđ principiū rupture est adhuc magis
remotum a ruptura cū exitu uuee.& est pre
sentia malarū materierū acutarum in cornea
fatiētiū.pustulas paruas que materie non ab
soluunt̃ a quadam ulceratione quaꝫ faciunt
in cornea licet non .sit manifesta ulceratio.si
cut illa de qua statim dictum ē tamē si talis
ulceratio procedat & fiat maior ꝑueniet ad il
lā & ex illa ꝑueniet ad rupturā cū exitu uuee
Et qa istđ principiū rupture est remotiꝰ inter
omnia tria principia .ideo dixit dū perseuerat
ruptura in uia generationis.i.in uia ad genera
tionē.¶ Sūt.igit̃ ista tria principia ruptur̃ cū

exitu.sic per ordinē se habētia.qa prio ē prīci
piū qd̄ dicit̄ uia generationis. 2° ē pricipiū
qd̄ ē ulcerario manifesta.& tūc ruptura ma
gis appropiquat.& de tali principio loqt̄ ibi
Cū aūt ulcerat̄.¶ Tertio ē principiū qd̄ dicit̄
exitus formicalis.¶ Cōsyderādum 2° qd̄ lit
tera que dicit.ulcerū & bothor potest duplr̄
exponi.Vno modo ut dictū ē.i.ulcerum botho
raliū.Alio modo pōt exponi.¶ Propter qd̄
sciendū qd̄ materia q̄ ad corneā fluit ul' ulce
rat corrodēdo sine uera apostematōe.ł ulcerat
quia facit uerū apostema.parū calidū qd̄ dici
tur bothor quōcūq̄ ulceratio incipiatur in cor
nea est uerū dicere qd̄ ruptura tunc habz uiā
sue generationis.Quātum g° ad ulcerationē
cornee factā a materia absq̄ uera uel manife
sta apostematione dixit.Est cura ulcerū'. Sed
qnātum ad ulceratiōnē factā cum bothor uel
qd̄ potest fieri ex bothor.dixit & bothor. Sz
circa dicta dubitatur primo utrū exit⁹ uuee
formicalis possit fieri nō precedētibus princi
pijs dictis.¶ Secūda dubitatio ē.utrum ut a
species exitus uuee ut uesicalis.et claualis pos
sit fieri nō p̄cedēte formicali.¶ Ad primā du
bitatiōez dicēdū qd̄ rupture cornee cū exitu
uuee.uel fiunt a causa extrinseca.uel fiūt a cā
itrīseca.Si qdē fiāt a causa extrīseca.ut īcisiōe
cū cultello.Et dicēdū qd̄ pōt fieri exit⁹ uuee
absq̄ h° q̄ p̄cedat alia ulceratō occl'ta ł manife
sta Dico absq̄ hoc p̄cedat p̄cessu tēporis a me
dico signabilis.ut notū est.Si aūt fiat ruptura
cornee cū exitu uuee a causa intrinseca.tūc p̄ce
dūt ista duo pricipia.s.ulceratio parua.& ul
ceratio manifestior.Nam materie humorales
fluentes ad oculū p° parū ulcerant. postea au
get̄ ulceratio.postea fit disruptio & exit⁹.ut
notū est.¶ Ad secundā dubitatiōnē eodē mō
dicendū q̄ exitus uuee.uel fit a cā exteriori.
ut cultello.& sic pōt fieri exitus uuealis ul' ue
¶ In hac questione ē duplex responsio.Vna que apparet ex positiōe textus.s.qđ nō sit possibile uidere ubi est priuatio exterioris luminis.& iō exponat̄ in tenebris & umbra.i.i locis obscuris in quibus ē paruum lumen qđ potest sufficere habenti alyhar.¶ Secūda ē responsio cōtraria huic.¶ Ad cuius intellectū p° permittendū qđ umbra nō est ex toto priuatio luminis lucis sed tenebra ex toto priuat lucem Videtur g° Auic. sentire qđ taʒ in tenebris q̄ in ūbra halyhar uideat qñq.¶ Secundo nota qđ quedā animalia sunt que uidēt in umbra & in tenebris.s.ubi nō ē lumen extrinsecū sicut leones serpētes & buffi & de gattis ut dicitur.& hoc est possibile.quia lumen non requirit̄ ad uisionē nisi ut disponat medium dyafanū ex quo color potēs mouer̄.fit

actu mouens.ut ponit Auer.in 2° de anima co mēto 67.cōtra auēpace. Animalia ergo habētia spiritus luminosos possunt illuminare sibi me diū.& ex h° uidebūt de nocte.& hec ē sententia .A.in.6.de naturalibus pti^a.3°.ca°.7° dicēs ocu li multoꝝ aialiū sunt huiusmōi s. qđ illuminant mediū uel lucent de nocte sicut oculus leonis & serpētis & q̄n̄ȝ qđ sic est ꝙ pōt illuminare tene broium.un̄ multa ex animalibus uident in tene bris qa illumināt re in luce ꝓcedēte ex oculis & uirtute suoꝝ oculoꝝ. Videt g° ōna.A. esse talis qa ista aialia hn̄t oculos lucidos qđ pȝ.qa đ no cte uidemus oculos eoꝝ.g° ipa poterūt sibi illu minare mediū & res uisibiles nulla exn̄te alia lu ce sed tenebra uel umbra. Idē sentit Gilbertus in.3°.libro ca.2° & declarat hoc.qa ista anialia hn̄t lumē intrinsecū pro eorū uisione & hoc lu mē uincitur a lumie exteriori.iō quedā ex istis nō uidēt de die & plurima stant in lumine diei cū oculis subclausis.immo stringūt pupillā i lu mine & ideo pupilla gate in multo lumine ap paret longa nisi gata uiolētet aspectū. ¶ Sȝ tūc est dubiū quare nō uidemus illas res quas gate uidēt uel leo.q̄n̄ sumus pn̄tes qa si sunt illumi nate deberēt uideri a nobis sicut patet qđ nos exn̄tes in umbra uidemus res que sunt in aere lucido. Dicēdū dupliciter.p° qđ lumē illoꝝ aia liū est terminate potētie ad h°. Vel aliter qđ il lud lumē nō expāditur nec reflectitur & iō si tu teneres oculos tuos de nocte ubi sunt oculi le onis uidēris & lumē qđ dat leo remareret i me dio uideres tūc sicut & leo. Cōcesso g° qđ aliq̄ aialia uidēt de nocte pōt teneri qđ hōi accidit dispō uel accidere possit per quā de nocte uide bit.poterit enim talis luciditas acqri in spirtu uisibili humano qualis est in spirtu illorū aia lium.& hoc declaratur generaliter qa homo q̄ dam uirtualitate cōtinet perfectionē oīum ani maliū.ut innuit Aꝑ.in li°.ad Alexandrū.& dif fuse declaratū ē a nobis in questiōe de cōplexiōe equali ad pondus. Similiter uidem⁹ in homine fieri trāsmutatiōes mirabiles ex egritudinib⁹ melācolicis.ut pōit Aui.in pria tertij.& Gal.i 3° de interiob⁹.& Aꝑ.in.31.ꝑticula de ꝓblema tib⁹.ꝓblemate p°. ¶ Sȝ tu dices.g° oculi homi nis trāsmutabūtur i aliā speciē.dico qđ lumino sitas illa oculoꝝ.lȝ sit i animalib⁹ aliaꝝ specieꝝ ab homine.tamē nō seqt̄ naturā specifica un⁹ spēi animalis.qa non repiet̄ nisi in una specie a nimaliū.sequit̄ g° modū mistionis accidētalem potētē sequi plures species.q modus cōplexio nis & substantie a natiuitate uel tempe poterit in aliquo homine repiri.qui uidebit in tenebris & umbra. ¶ Ad cōtrariū dico qđ sermo.A.est uerus.qa dic̄ qđ si lux insit oculo a natura ei⁹ tūc uideret in obscuro.& h° ē uerū.& iō illud animal in cuius oculo inest lux de natura intrin seca uidet in obscuro.

CVra ē additio Hic pōit curā & pȝ ¶ Est sciendū qđ cura oppōit̄ cāe halyhar.erat aūt cā paucitas spūs cui opponit̄ addēdo in hūectatiōe .s.ꝑ nutrimētū mltiplicās sanguinē laudabilē. qa ex h° mltiplicat̄ spūs.erat ēt cā ei⁹ subtilitas multa.cui⁹ imponim⁹ cū igrossatiōe.dādo ciba ria grossa ut uinū grossum.i.rubeū. ¶ Est.2°. dubita° an istis cōpetāt cibaria grossa.uidet̄ qđ nō ꝑ Iesum tract.3°.ca° .2° ubi ꝓhibet cibaria grossa. Dicēdū cibaria grossa quedā sunt multi nutrimēti & hōidi sicut uinū rubeū respectu ui ni subtilis antiqui & carnes porci & talia cōpe tunt.quedā sunt cibaria grossa pauci nutrimen ti & sici sicut lentes caro bouina antiqua & cau les & huiusmōi & hec nō cōpetūt qa licet igro sent tn̄ nō multiplicāt eū. ¶ Secūdo est du^m q̄ re omisit signa. Dico qđ lesio ꝓpatōis.s.uidere de nocte & nō uidere de die est sig^m subtilitatis & multe paucitatis in spirtu uisibili. Cāe autē paucitatis spirtus & subtilitatis sunt intellecte ex primo ca° huius tractatus.

SVnt colores &c̄. Hec est passio q̄ me ꝑduxit ad studiū in scientia ocu lorū.& ad exercitiū opatiōis in ea quā a pueritia usq ad tēp⁹ p̄sens icurri q̄ pluries. O igit̄ eterne claritatis fulgor. O pelagus incōprehensibilis ueritatis inestima bilis pietatis.& misericordie ifinite.pater fili⁹ & sp̄us sanct⁹.meos ocłos ab omni ꝑiculo serua re digneris.ut q longo tēpore ꝓ solute hūanoꝝ oculoꝝ laboriosaȝ opaȝ tribui đ cōseruatōe mei lumis.tua mihi misericordia recōpensēt.h° aūt capitulū cū oib⁹ sequētib⁹ pōt cōtinuari dupli citer. Prio qđ postq̄ .A.determiauit đ noctilopa & halyhar. ¶ Hic determinat de imaginatioi bus. Secūdo pōt continuari sic.qđ postq̄ deter minauit de nocumēto uisus qđ pōt dici diminu tio. Hic determinat de eo qđ dicit̄ corrup° & qa q̄dā corruptio uisus sinificat aquā .iō dico qđ prio determinat đ corruptiōe imaginatiōis q̄tū ad uisuȝ.2° determinat de aq̄ que ē quādo ē in principio corruptio in uisu.3^a ibi.descens⁹ aque ē egrituto. Pria in tres qa coruptio uisus ł qa hō iudicat extra esse qđ nō est & hec dicitur egritudo iaginatōis uel qa iudicat rē minorē q̄ sit & hec ē dillata° pupille ł qa iudicat rē maio rē q̄ sit & hec ē cōstrictio pupille.p° g° determi nat de prima.secūdo de secūda tertio de tertia. ibi secūda.alintisar est ut fiat.tertia ibi cōstrictō est ut sit . Prima in tres.primo de imaginatōib⁹ determinat q̄tū ad diuersitates earuȝ & cās.2°

q̃tū ad ſigna.3° q̃tū ad curā ibi 2ª. ſigna eorū
que ſunt.3ª ibi.primū imaginationū Pria in tres
p° oſtēdit quid ſunt imaginatiões.2° inueſtigat
eaꝝ cās.3° põit diuerſitates in modis ipſaꝝ. ibi
2ª.& cā i eis.3ª ibi.& iſte quidē imaginatiões.
¶ Dic̄ p° q̄d imaginatiões ſunt colores q ſentiū
tur &c̄.¶ Nota prio q̄d hec paſſio uocat̄ ima
ginatiões fantaſie & appitiones & omnia idem
ſignificāt.Dixit aūt imaginatiões & colores in
plurali pp multā uarietatē q̄ accidit in eis & in
colorib⁹ eaꝝ ut patebit.qa aliq̃do cõtingit q̄d
iſte res que uident̄ ſunt uere res i aere exiſtētes
quas cõprehēdit uiſus acutus.& aliquādo ſunt
res uere ſtantes in oculo & iudicantur eſſe in a
ere.extra.ET CAVSA.Hic inueſtigat cās.&
p° p̄mittit cāʒ cõem imaginationū.2° põit q̃daʒ
diuiſionē.ut ineniat cās ſpāles ibi 2ª.& illa res
¶ Eſt ſciendū p° q̄d Aui.ſumpſit ſpaciū rei q̄
moet ad imaginatiões a criſtallina ad res que
cõiter uidēt̄ ut cœlū montes & pietes & huiuſ
mõi.Ratio ē.qa de reb⁹ mouentib⁹ ad imagia
tiões quedā ſunt in aere.& quedā ſunt in oculo
ut apparebit.Propter h° g°.A.ſumpſit taʒ ma
gnū ſpaciū & dixit.Cā in eis ſcʒ imaginatiõib⁹
ē ſtatio &c̄.¶ Secūdo ſciēdū q̄d iſta res que
ſtat inter glacialē.i.criſtallinū & ea que uident̄
cõiter ut montes pietes &c̄.debet eſſe nõ puia
.i.nõ dyafana uel trāſparens.qa ſi eſſet puia
puietate cõſimili ſpacio tūc ipſa nõ moueret ad
imaginatiões.i.nõ eſſet cā imaginationū.ſʒ eſſet
mediū i uidēdo.Dico aūt puietate cõſimili ſpa
cio qa ſi eſſʒ puietas nõ cõſimilis eſſet cā imagi
nationū.ſicut uitrū lucidū q̃uis ſit i aere mouet
per ſe.ſimiliter ſi aliqua humiditas puia eſſet
in humore albugineo & nõ eſſet ſimilis puieta
tis ipſi albugineo eſſet cā imaginationū.¶ Eſt
dubitatio utꝝ ſtatio rei non puie poſt glacialē.
uerſus cerebrum ſiue uerſus cruciationē neruo
rum ſit cauſa imaginationū.Videt̄ q̄d ſic.p° qa
uapores ſurgentes a ſtomacho uel a corpore in
criſibus ſunt cauſa imaginationū.ſed iſti uapo
res perueniunt ad loca poſt oculos. ergo. Secū
do uapor ſtās poſt criſtallinū põt ipedire tranſi
tuʒ debitū ſpēi uiſibilis ad cerebꝝ et ad coniun
ctionē neruoꝝ.g° poterit eſſe cā imaginationum
¶ In cõtrariū ē Aui.q dic̄ iter glacialē & iter.
eā &c̄.¶ Dicēdū q̄d imaginatiões ſunt duplices
quedā ſunt nocumēta uirtutis imaginatiue que
apparēt in tenebris & in lumine.ſicut uidem⁹
in freneticis.& iſte eueniūt ex materieb⁹ ſtanti
bus poſt oculos.ſ.in cerebro inficiētibus locū
uirtutis imaginatiue.quedā ſunt imaginatiões
que ſunt nocumēta uirtutis uiſibilis que ſoluʒ
apparēt cū ē actus uiſiõis.ſ.in lumie.ita q̄d cū
homo nõ uidet ex trinſeca.nõ apparēt ſibi ibi
maginatiões & loq̄t̄ d̄ iſtis i h° ca°.cū dic̄. iter
glacialē &c̄.Et de his querit queſtio.¶ Dico
ergo duo.p° q̄d ſi uiſio fit in criſtallina.& nõ p⁹
eam.ſtatio rei nõ puie poſt criſtallinā nõ eſt cā
imaginationū.Ratio ē quia res que nõ mouet
ad uiſionem uel que nõ ē obſtaculū in uiſione
poſitū inter uiſibile & uidēs nõ põt eſſe cauſa
imaginationū.His eni modis res nõ puia.eſt cā
imaginationū.ſed res poſt criſtallinā ſtans non
põt mouere ad uiſionē nec eſt obſtaculū mediū
qa uiſio fit in criſtallina & nõ poſt.ut p̄ſuppõi
tur.ergo.¶ Dico 2°.q̄d tenēdo q̄d uiſio fiat in
cõiunctiõe neruoꝝ & nõ in criſtallino poſſʒ defē
di q̄d uapor exiſtēs poſt criſtallinū nõ ē cauſa
imaginationū.Ratio qa 2ᵐ uiā quorūdā & ē
cõior uia uapor exiſtens in oculo ur̄.& iõ ē cā
imaginationū.Si g° uapor poſt criſtallinū non
poterit uideri.g° nõ poterit eē cā imaginationū
q̄d aūt nõ poſſit uideri declarat̄.quia apud tenē
tes q̄d uiſio fiat in cõiūctione neruoruū ſpirit⁹
uiſibilis in criſtallino recipit depuratiõeʒ ultiaʒ
ante eā cui cõiungit̄ actus uiſionis q̄ depuratio
ē neceſſaria pro actu uiſionis.Res g° que ē poſt
criſtallinū cū nõ poſſit recipe depuratiõem in
criſtallino nõ poterit mouere ſpiritū uiſibilē in
neruo cõcauo ut fiat uiſio.Sʒ uia cauillandi hāc
rationē ē q̄d illa depuratio requirit̄ p uiſione
pfecta.ſed p uiſione impfecta nõ ¶ Dicenduʒ
q̄d illa depuratio requirit̄ p uiſione ut uiſio ē
Et ſignū hui⁹ ē.qa ſi criſtallina moueat̄ extra
ad corneā nõ fiat uiſio nec rei poſt nec i criſtalli
na q̃uis poſt criſtallinā fit illuminatio.& nõ ſit
alia mutatio.hic eēt multū plongādū.Secunda
ratio ē.qa delatio ſpecieꝝ uiſibiliū a criſtallina
ad cruciatiõeʒ nõ ē 2ᵐ legē linearū.& iõ uapor
ille ibi exiſtēs nõ occurit parti.lineaꝝ rerū uiſi
biliū.ſic occurrit cū res defert̄ ad criſtallinā.&
iõ nõ põt eſſe cā imaginationū p illū modū qa
ēt poſt declarabit̄.¶ Sʒ tu dices iſte uapor q
ē poſt criſtallinā q̄d ipedimētū fac̄.¶ Dico q̄d
facit ipedimētū debiti aduent⁹ ſpūs ad criſtal
linā.Vnde debilitat̄ uiſio & nõ fit ex hoc fan
taſia uel imaginatio.& cõſydera h° .quia eſt
locus ſpeculatiõis cõtraria eni cõcl̄io huic appa
rentius defenderet̄. Ad cõtraria patet ſolutio
Ad primum dico q̄d uapor ſurgens a ſtoma
cho uel aliunde non eſt cauſa imaginationum
de quibus eſt ſermo niſi pueniant ante faciem
criſtallini ut innuit Gal.p° pnoſticoꝝ.come°
24.& A.in 2ª quarti.ca° de ſignis ex actione
man⁹ q̄d fit penetrando de poro in poꝝ pueni
endo p uenas ad artharias rhetine & uuee uel
alias.¶ Ad ſecunduʒ dico ꝙ uapor criſtallini
ſi impedit tranſitum totalem eſt cā ſicitatis.
ſed ſi impedit tranſitum in parte determinata
non eſt cā deſtructionis imaginationis.qa non
impedit partem uiſibilis ſpūs i parte.qa d̄latõ

ut dictũ ẽ nõ fit zm modũ liniarũ. ¶ Eſt z° du
bitatio.an res nõ puia exiſtẽs poſſit uideri. Vr̃
qđ nõ.p° qa uiſibile poſitũ ſup oculo nõ põt ui
deri.ut patet in z° de anima.g° multo minus
uiſibile poſitũ itus i oculo. ¶ Secũdo ſic.uiſio
uideť fieri p multiplicatiõez ſpẽi in aere puio
uel aq̃ cũ ad uiſiõez requirať mediũ extrinſecũ.
ut pz in z° de aia co° .16°.ſz res nõ puia ſtans
in oculo itus nõ multiplicat ſpẽm p aerem ergo.
¶ In cõtrariũ ẽ qđ appz ad ſenſuz cũ uapores
exiſtentes i oculo iudicať a nr̃o uiſu. ¶ z° ſic qđ
quo uiſus iudicat zm diuerſitatẽ ſui coloris &
figure illud uideť.ſz uaporib⁹ exiſtentib⁹ in o
culo iudicamus zm diuerſitatẽ coloꝝ.ut ſi ſunt
melãcolici nigri & ſi ſunt colerici citrini iudicãť
citrini.ut cõiter ſentiũt auctores & expſſe põit
Haly.in tra.z° co°.180.qđ ẽt de figuris appz.
¶ Item ſpecies ſenſibiles conſeruate in uirtute
memoratiua uel impreſſe ab aliquo uapore re
uertẽtes uſq; ad oculũ poſſunt uideri.& indica
bũtur quaſi eſſent extra.ut põit Auer.in 3° col
liget.ca° de accidẽtib⁹ ſenſus uiſus ergo multo
magis h° uideť contingere ſi uapor ſit in oculo.
¶ In hac qõe ẽ duplex reſpõſio Reſpõſio pª
uſitata ẽ qđ uiſio eſt duplex.ſ.pfecta.& imp
fecta.in uiſione pfecta dico qđ nõ ẽ poſſibile qđ
res exiſtens in oculo uideať.Rõ ẽ.qa ad pfectã
uiſionẽ requiriť mediũ extrinſecũ in quo priu⁹
recipiať ſpẽs rei uiſibilis.& eo mediate recipiať
in oculo.ut põit Auer.in 3° colliget.ca.de ſenſu
uiſus.& in z°.de anima.pallegato comento. &
comẽto.74.illđ g° qđ ẽ in oculo nõ poterit pre
fecte uideri.ſz uiſiõe impfecta.Ratio eſt.qa ad
uiſiõez ipfectã ſufficit qđ uiſibilis ſpecies poſ
ſit formari in criſtallina.q̃uis nõ formeť pfecte
h° autẽ põt facere res intra oculũ.ſ.exiſtens in
albugineo uł in cornea.ibi eniz cõcurrit mediũ
dyafanũ.ſ.albugineus.ibi ẽt cõcurrit lumẽ.ſ.
a luce exteriori.qa ille uapor.ñ phibet ab omni
parte qn lumẽ poſſit uenire ad albugineũ & cri
ſtallina.qa ñ ex toto coopit uueã.qa tunc fieret
cecitas.Poteſt g° ſpẽs hui⁹ uaporis multiplicari
p albugineũ & recipi in criſtallino.& ſic uideri
& h° ur̃ ſentire Auer.i z° đ aia comẽto.116.ubi
ñ negat qđ ſenſibile poſitũ ſup̃ ſenſuz faciat ſen
ſuz tñ dic̃ qđ małſentiť.uñ dic.cũ ſup ſenciẽs
fuerit poſitũ ipſuz ſenſibile non ſentiet omnino.
aut ſi ſentit erit male.Hec ẽt uideť ſpãliter eẽ
ſententia Haly.in trac.z° comẽto.180.ubi dicit
imaginationes que uidẽť in oculo diuerſificanť
ſecũdũ illud qđ formatur in humiditate grãdi
nea de uapore qui agregatur in foramine uuee.
Vult g° Hali ꝙ uapor q ẽ in foramine.ſ.in albu
gineo format ſuaz ſpeciẽ in criſtalino & ex h°
uidetur.ſ.impfecte uel male & tñ q̃re iudicať
eſſe.extra rñdet qđ pp cõſuetudinẽ & ur̃ ſuper
ficialiter ſermo Ga. in p° pnoſticoꝝ.Aliã cãm
dat qa eſt error in iudicãdo de ſitu.ex qbus ſol
uũť due rões iã fcẽ.Hũc mõuz ñ repio ſufficiẽ
tẽ qa tũc res exñs in criſtalina nõ poſſet eſſe cã
imaginatõnũ.qa tunc nullũ eſſet mediũ q̊ criſta
lina moueretť.h° aũt eſt falſum qa ſi criſtalina
coloretur tũc uidet res illius coloris ut ponit Ie
ſus tractatu.3°.ca.de egritudinibus criſtalline
Contra ultimũ dictũ ponatur ꝙ pª uiſio ſit cuz
imaginatõib⁹ alicuius rei.ipe nõ iudicabit illas
intus.Alia uero cauſa nõ ſatiſfacit.immo idem
p idẽ declarat.Dico g° qđ rem ſtãtẽ in oculo q́
nõ ẽ puia poſſe uideri põt dupliciter intelligi
Vno mõ ꝙ p eius ſpeciẽ uideatur quã cauſet in
criſtalina & nõ ẽ poſſibile ꝙ aliquid exñs in o
culo uideatur.& hec cõcluſio eſt recte cõtraria
opinioni premiſe.h° iã pbatũ eſt de re que ſta
ret ſup criſtalina & dico ſi criſtalina ẽ principa
lis pticula in uidẽdo.Probatur h°.z° ſic.Auer.
in z° de aia mõſtat qđ ad ſenſum inq̃tũ eſt ſen
ſus reqratur mediũ & mediũ qđ uult qđ req
ratur ad uiſum eſt mediũ extrinſecũ ut pz ex di
ctis eiuſdem & ex.3° collz. ubi g° nõ.eſt.h° me
diũ ñ põt fieri ſenſatio.Sed tu dices.ego dicã ꝙ
nõ põt fieri ſanatio bene ſed male.Contra hoc
arguitur ſic.qa ſi indigẽtia medii eſt ptinẽs ad
ſenſum inq̃tũ ſenſus.g° in quacũq; ſenſatõe req
ritur ꝙ ſit facta ſiue bñ ſiue male.Hec tñ ſentẽ
tia Auer.nõ placet Pluſq̃cõmentatori in tegni
tract.3° illo ca°.Nerui uero & tenantos &c̃.Et
iõ arguo aliter ſic.ſi h° ẽẽt ꝙ res intra oculum
exñs per ſuam ſpeciẽ poſſet uideri tũc uuea uiđ
ri poſſet qđ eſt falſum qa ſemper uideremus
rem aliquã nigrã ſiue celeſtinã q̃lis color uuee.
Conſeª pbať qa inter criſtalinã & uueã ẽ me
diũ ſufficiẽs.ſ.humor albugineus & eſt lumẽ
.ſ.i die & ẽ res ñ puia.ſ.ſuperficies uuee que
eſt uere colorata.g° poterit ſuam ſpeciem multi
plicare in criſtallina & uideri.Hec rõ poteſt du
pliciter moleſtari.p° dicẽdo qđ lumẽ ñ illumi
nat albugineũ in illa pte in qua contangit ſuper
ficiẽ uuee.& ideo ñ põt multiplicari ſpẽs nigre
dinis uuee. ¶ Sz contra.qa oculus i pupilla ap
paret niger pp̃ter nigredinẽ uuee.ut ſup̃ đclara
tum ẽ.g° ſpecies nigredinis uuee multiplcať i
albugineo uerſus criſtallinũ.ſimiliter ibi ẽ lumẽ
per reflexiõez ad criſtallinã.Itẽ ſaltẽ pfunditas
circuli uideri deberet.& ſaltẽ in homine in quo
int⁹ pminerat uuea. ¶ Secũdo mõ poſſet mole
ſtari dicẽdo qđ illđ qđ facit ſuã ſpeciẽ i ſpacio
qđ ẽ intra circulũ uuee põt uideri.ſed ſi faciat
ſpeciem in ſpacio extra circulum.ſ.uerſus ſub
ſtantiã uuee nõ poteſt uideri.Sed contra quia
alicuic⁹ pupilla põt dilatari & nõ perdet uiſuz
imo uidebit ſi parũ dilateť.Sed manifeſtuz eſt
qđ tũc ſpecies reꝝ q̊ uidenť recipiunť in ſpacio

extra priorē circulū in cristallino est uniformis.
¶ 2° sic ad pricipale.si res existēs in oclo p suā speciē possz uideri tūc ēt possez uideri ab oclo extrinseco.hº est falsuz.qa si medic⁹ inspicit oculum ei⁹ q habet uaporē facietē imaginatiōem nō uidet illū uaporē.cōsequen³ patet.qa si ille uapor pōt causare suā spēz in albugineo & cristallino uersus itus eadē rōe uersus extra.s.uersus oculū medici ispicientis.hāc rōnez innuit.A. post.ut uidebit. ¶ Hec ratio posset solui.dicēdo qd uapor in albugineo facit maiorē spēz q̄ possit facere in aere sicut lapis in aqua apparet magnus & in aere appz paru⁹. ¶ Hec solutio tangit mlta difficilia uolēdo directe eā remouē & iō aliter ptransesē arguēdo cōtra sic.Si i albugineo spēs recipeṫ maior tūc omnia falsē iudicarēt.qa spēs rez extra ēt i albugineo recipetur. ¶ Itē res itus in albugineo existens.sic fac spēz in albugineo uersus cristallinā.ita facit eā in albugineo uersus oculū medici.ponaē enīz qd sit i medio albuginei.Itē res apparēs p mediū grossius siue dēsius ponaē φ appareat i q̄druplo maior q̄ si ipsa appareret p mediū rari⁹.sz uidem⁹ qd aliq̄ imaginatio appz ifirmo i q̄titate uni⁹ cimicis uel musce.g° medico ispicienti dz apparere in q̄titate uni⁹ pulicis qd tn̄ nō cōtigit
¶ 3° ad pricipale sic.si res existēs in oclo posz p suā spēm uideri.tūc pūctus albus existēs sup cornea.ut apparz post ei⁹ ulcera iudicareṫ alb⁹ ab infirmo qd ē falsuz.qa q̄to cicatrix cornee ē albior.tāto ifirmo appz nigrior.ut dclarat.expientia.7ª.pz.qa apparebit per spēz albi. Possz solui qd pter defectū lumis nō appz. Exēplū si aliqs cū spatulis opponat se lumini.& tu inspicias faciē eius appz tibi tincta.& tenebrosa.
¶ Dico qd nō ē simile.pº qa paru⁹ punctus i medio cornee dimittit tātū spaciū qd sufficit totus albugine⁹ illuminari.Secundo qa saltē per reflexiōez luminis a tela aranea & uuea & cristallina illuminabiṫ superficies pūcti ab intra.
¶ Quarto ad pricipale sic uisibile qd per ppriā spēz mouet stante eadē pupilla in eodem spacio semper appz in eadē distātia.sz iste imaginatiōes nō ppz in eadē distantia.Sz si hō aspicit aerē uideṫ sibi qd sit in aere.& si aspicit librum uidetur qd sit in libro apparet ergo qd res nō peruia stans in oculo non potest uideri per suam speciē. ¶ Sem tu dices nos quandoq; uidem⁹ lumen qd ē intra oculos. ¶ Dico qd nō est simile de lumine & rebus non peruijs .quia lumen habet esse magis intentionale q̄ colores rerum nō puiarum.& ideo ut colores gradatī perueniant de esse materiali ad immateriale requirunt medium in uidēdo qd non est necessarium de lumine.Et ex hac instantia possz molestari.propō A.uer.supra posita.que dicit qd

indigentia medii est pertinens ad omnem sensū
¶ Dico 2° φ alio modo potest intelligi φ res non puia existens in oculo uidiaṫ non per ppriā speciē quā cāet.sed p speciē rerū uisibiliū ab extra uenientiū que species modificātur in earum recēptiōe secūdū naturā uaporis in oculo exñtis.& hº mō dico φ res exñs in oculo uideṫ. Rō est qa cū nō uideatur p primā speciē quaz causat oportet qd uideatur mō dcō cū nō sit alius modus.& hº sic declaratur.qa iudicium de sensibilibus sit secūdū modū receptōis eorum & recipiēs recipit secundū mōuz dispōis sue.g° uapor exñs in oculo.uerbi g̃.si sit rubeus & cuz sua rubedine hēat trāsparētiā sicut hēt uitrum rubeū.tūc res q ab extra uidenṫ recipiuntur in oculo in pte ubi ē uapor mō rubeo & iō ibi apparēt rubee.nō g° est hº iudiciuz qa uisus iudicet uaporē rubeuz.sz iudicat librū rubeū in illa pte in qua species libri occurrit rubeo uapori. & hº iō qa recipitur mō rubeo & iō si iste uapor rubeus occuparet totū albugineū oia iudicarētur rubea sed occupādo ptē soluz iudicanṫ rubea in illa pte in qua species rei occurit in se uapori rubeo puio.Si autem uapor uel alia res stans intus in oculo nō sit peruia tūc si totū occupat foramē pupille inducit cecitatē.si uero occupat partē tūc spēs rerū ab extra uenietiū nō possunt penetrare ad cristallinā per ipuz uaporem nō peruiū.& iō cristallina iudicabit tūc illā rez esse obscurā siue nigrā siue perforatā siue secūdū alios mōs iudicioꝝ priuatiuoꝝ & secūdum modū & formā illius uaporis erit iudiciū de re secūdū illā partē.nō g° oculus iudicat uaporis nigredinē nec suam formam.sed iudicat per speciē rei uisibilis ab extra uenietis secūdū modū sue receptōis.& hec est snia.A.in hº ca° ut apparebit & infra in ca° de aqua cū dicit intētio illius est qd nō uidet sed imaginatur tenebras Vult.n.A.qd si aliqd sit i medio pupille.uū homini apparet qd res extra sit perforata nō est qa uideat foramē positiue.sed priuatiue & hº sentit.G.in.4° de accidēti cū dicit.si imedio pupille paꝝ ex illo hūore grosso existat & circunstācia eius sint clara oia que uidet putat esse forata eo qd partē quā uidere nō pōt iudicat esse foratā.Ide et pōt intelligi a.G.pº pnosticorum cōmēto.24.uel.25.semp.n intelligimus ab auctoribus pdictis qd uapores in oculo nō uidentur qa sint obiecta uisā sed uidētur uidēdo alia que uidētur secūdū dispōez factaz per uapores in oculo. ¶ Ex quibus soluitur dubitatio alia an res stās in cristalina sit cā imaginatiōis. qa appz qd sic. ¶ Ex qb⁹ patz solutio ad cōtraria Ad rōem cū diciṫ illd uṫ de q° uis⁹ iudicat 2m diuersitatē coloris & figure.Dico qd ueꝝ ē si iudicz d eo sic d obiecto.sz hº n̄ ē.sz iudicat uis⁹

de rebꝰ receptis ab extra zm dispositioēʒ uapo
ris.q ē in oculo.& h° ēt modo uisibile positum
sup uisuʒ facit malā uisiōeʒ ut intellexit Auer.
supra. ¶ Ad secūdā dico qđ spēs reuertētes a
pte post acquisiuerunt suā imaterialitatē. & iō
nō indigent medio extrinseco. ¶ Ad aliā cū dr
qđ nō plus requirit ad uisiōeʒ nisi multiplicēt
spēs &c. Dico qđ requirit multiplicatio spei đ
bita sic reqrit in cristallina q̇ extra pminet in q̄
generat spēs.& tñ nō ur.qa nō cū ordine đbi
to pingit. ET ILLA res. Hic pōit qdā diuisio
neʒ ut inueniat speciales cās imaginationū &
diuersitates.& prio premittit diuisiōeʒ z° đcla
rat.ibi zª.& intētio primi. Dic p° qđ illa res n̄
puia stans intra cristallinā & res q̇ uideǹt ul'ē
ex eis q̇ nō sunt cōsueta cōprehēdi.& h° ē qđ
dic.hec ē ex eis quoꝝ simile nō cōprehēdit i.nō
similibꝰ omnino.i.qa nec ipsa nec res sibi simil'
in puietate ē cōsuetū qđ cōprehendat. sʒ extra
coēm cōsuetudinē homini cōphēdet ab homine
acutissimi uisus.q uisus ē extra cōsuetos uisus
& extra cōes hominibꝰ.& iō dic.& neq̧ cōphē
dit &c ul'ē illa res ex eis q̇ cōphendit uisus.
q̄uis nō sit ultie acutꝰ.sʒ sit medīꝰ & sit uisibꝰ
cōsuetis hominibꝰ.qa cōiter hoies nō habēt ui
sum extremū in acuitate.imo in paucis repitur.
sʒ hʒ uisuʒ mediū iter đbilē & acutū. ¶ Est du
biū cuiꝰ oculꝰ sit potētior in uirtute uisiua pue
ri ul'iuenis Vr qđ iuuenis.qa Gal.in 6° đ regi
ne sanitatis pōit qđ uirtutes animales i iuueni
bus sunt potētiores.& i pueris naturales. In
cōtrariū ē Mesue in c° đ cōseruatiōe sanitatis
oculi.q docʒ oculi sanitatē cōseruare cū rebꝰ que
reddūt tenerā substantiā oculi.sic ē tenera sub
stātia ocl'i.puerilis. ¶ Quāuis tñ utraq̧ ps pos
set defendi. Dico qđ in hoie tēpato ocl'us ē pfe
ctioris uirtutis in iuuētute q̄ in pueritia. Ro ē.
qa tūc oculꝰ ē pfectior qñ n̄ ē i eo hūidū nimis
exuberans nec nimis crudum nec nimis paucuʒ
nec nimis siccum. sed oculus temperatus est
huius in tempore iuuentutis quia in pueris mul
titudo albugiei & cruditas fac ocl'os uarios siue
uirides.ut sup̄ pʒ i trac.z°.i senibꝰ uero pauci
tas hūidi fac ocl'os glaucos.uisꝰ aūt medīꝰ ē op
timꝰ.s.iter mltū & paucū hūidū.ut pʒ p philo
sophū.in 5° de generatiōe animalium ca z°. Ad
Mesue dico p° qđ p pueros intelligit iuuenes.
Vl'dico qđ loqt de bona dispositiōe ocl'i.q̄tuʒ
ad lenitatē supficiei.q lʒ i pueris sit forsaʒ pfe
ctior.alia tñ q̇ sunt principaliora i actu uidedi
pfectiora sunt i iuuenibꝰ. ET INTENTIO.
Hic declarat mēbra diuisiōis.p° qūo statio rei
nō puie iter glacialē & ea q̇ uidēt ē cā imagina
tiōuʒ.qa cōprehēdit illa res a uisu acutissimo q
n̄ ē đ uisibꝰ cōsuetis & oibꝰ.imo extra cōsuetu
dinē. Secūdo declarat qūo statio rei nō puie iter
cristallinā & ea q̇ uidēt ē causa imaginationum
quia illa res comprehenditur a uisu q̄uis non
sit acutus sed sit de cōsuetis cōiter.ibi zª.diui
sio aūt altera. Prima in tres qa res que stāt in
cristalina & ea que uidētur uel stāt in spacio.s.
in aere uel in oculo.s.in albugineo uel in cornea
Prio g° ōndit qūo res stās in aere ē cā imagina
tiōū qa cōprehēsa a forti uisu.secūdo qūo res
stās in oculo.tertio comperat has res ad uisus
non acutos.ibi.zª & similiter cū sunt.ibi.3ª.ue
rūtñ hec duo. ¶ Dicit p° ꝙ intētio primi.i.intē
tio uel intelectus eius qđ p° dictū est.s.ibi &
illa res &c. Est sciendū qđ aer.i.spacium nos
circūdās semp hēt secū mixta quedā corpora p
uissima que uocātur athomi uel psigmata a.G
in primo de uirtutibus aialibus ca°.14.& nō so
lum aer sed aqua hēt secū aliqua corpa paruis
sima secū mixta & iō dicit a qbus aer nō eūat
& reliqua.s.spacia ut aqua. Cū g° uisus est for
tis ualde uidet hec parua qñ sunt uel uolāt pro
pe uisum qa si distarēt pp puitatē nō uideren
tur a uisu quātūcūq̧ acutissimo & iō dixit ppe
uisum & talis modus imaginatōum ē sicut si
bil qui accidit hōi ex acuitate sensus.auditus ut
ponit rasis in secūdo cōtinētis & Iesus tract.3°.
ca°.p°. ¶ Secūdo est sciēdū ꝙ iste uisus acutꝰ
lʒ uideat huiusmōi res debiles & ocultas uolan
tes in aere.non tñ clare distinguit eas qa in sub
tilitate sunt ppinque aeri & iō stat hō in dubio
an uideat uel uiderit aliquid uel nō & hoc est
qđ dic pter ppinqtatē. ¶ De secūda pte pʒ.
Est sciendū ꝙ nulla cōplō nec natura.i.copō ē
in qua nō sit euaporaº & p cōsequēs ad cuius
oculos nō pueniant aliq uepores a corpe uel ab
ipso met oculo surgūt qui uapores sunt subtili
simi & puissimi & iō sunt potius quedā uesti
gia uaporū.cum g° oculus est acutissimus in ui
sus tūc pcipit istos uapores & sic fiunt imagina
tōes & h° est qđ dicit.& similiter.s.uisus acu
tus cōprehedit quedā debilia & oculta cū sunt
in interiori pte.i.cū sunt in oculo.ista aūt que
sunt intus sunt pp uestigia uaporū & suple.&
ex eis uaporibus nō eūatur &c.uel similiter n̄
eūatur ex eis.s.paruis formis &c. ¶ De tertia
parte dicit & patʒ. Est sciendū p° ꝙ quāuis ui
sus acutissimꝰ q in paucis repitur cōprehendat
hec duo.i.huiusmōi oculta uolantia i aere & hu
iusmōi uapores qui sunt in nobis a qbꝰ corpus
non eūatur.uisus tñ nō ultime acutus nō cōpre
hēdit illa.sed ocultātur.sibi.& ideo dicit. uerū
tñ &c. ¶ Secūdo est sciendū ꝙ iste imaginatio
nes que fiunt ex acuitate sensus uisus nō debēt
reponi in numero egritudinū nec ille uisus de
bet dici nocitus.& iō dicit ista.i.& iste imagina
tōes &c. ¶ DIVISIO aūt. Hic ostēdit qūo
statio rei nō puie inter glacialem & res que ui

dentur est causa imaginatõnum qa illa res conprehēditur a uisu q̃uis non sit acutus sed sit ꝗ cōibus in cōsuetudine hōinū & primo premitit quādā diuisionē. zº exeqtur. ibi. zª. & illa que

¶ Dicit pº qꝺ diuisio altera. i. alterū mēbrum diuisionis qꝺ est supra positū ibi. aut est ex eis que cōprehēdit &c̃. ¶ Est sciendū qꝺ imagiatres que sunt de huiusmōi mēbro diuisionis diferūt a p̄dictis in tribꝰ. primo qa ille fiunt a rebꝰ solum stātibus in ocl'o uel in aere. sed iste fiunt a rebus stātibus in oculo solum. Secūdo qa ille cōphēdūt a uisu acuto. & nō ab alio. & iste cōprehēdūt a uisu q̃uis nō sit acutꝰ. Tertio qa ille n̄ cōparēt ad nacumētū. & iste sic. ¶ ET illa. Hic exeqt. & pº de imaginatiōibꝰ p̄dictis. cuiꝰ cā ē in tunicis. zº cuiꝰ cā ē in hūoribꝰ. ibi zª. illa aūt que existit. Pria in duas. prio pōit cām huiꝰ imaginationis. zº remouēdo dubiū ꝺclarat. ibi zª. & nō apparet. ¶ Dic̄ pº qꝺ illa res q̇ est cā imaginatiōis. q̇ cōphēdit a uisu. & si n̄ sit acutꝰ q̇ res ē i tuīcis ocl'i. ē ut sit sup corneā &c̃. Est sciendū qꝺ res nō puia stans in cornea ē cā imaginatiōuz zm qꝺ dicet. In alijs uero tunicis ocl'i nō. nisi in aranea. de q̃ dabat intelligi cū dic̄ de ea q̇ ē in albugineo ul'in cristallino. Hec aūt res nō puia ē uestigiū. s. cicatrix remanens ex uariolis obtalia &c̃. Et alijs. s. ulceribꝰ ꝺ qbꝰ plixe dictū ē in zº trac. huiꝰ. ¶ Est dubiū q̃re dixit uestigiū occultū ualꝺ. ¶ Dico qꝺ tunc pprie dicit qꝺ homo hꝫ imiginatiōes qn̄ te inspiciēte oculū infirmi nihil potes in eo discernere ꝺ macula. & tn̄ infirmus uidet corā se huiusmōi fantasias. hº aūt maxie cōtingit cū uestigiū ē occultū in oculo hominū intuentiū. ET NON appꝫ Hic remouet dubiū. ¶ Diceret aliqs. re hoc uestigiū uidet ab oculo infirmi & nō uidet ab oculo exteriori. s. medici uel alteriꝰ inspiciētis. Et in hº. A. declarat qūo res nō puia stās. i. ocl'o ur̄ ab oculo ipso in q̇ stat. & pº p̄mittit qꝺ illꝺ uestigiū nō appꝫ oculis exteriꝰ. s. oculo medici ul'alteriꝰ intuētis. & appꝫ ocl'o interiꝰ. i. uersꝰ intꝰ. qa oculo in quo ē uestigiū. zº declarat hº ꝙ dic̄. ppterea &c̃. Et prio ꝺclarat. qūo appꝫ ocl'o interiꝰ. zº qūo nō appꝫ oculo exteriꝰ. ibi zª. q̇ si zm ueritatē. ¶ Dic̄ pº qꝺ huiusmōi uestigium appꝫ oculo interiꝰ ppterea. qa locus cornee in q̇ ē uestigiū nō ē uel fit puiꝰ. & iō nō pōt deferre p illā ptē spēs uisibiliū. gº ptes uise ex eo qꝺ sentit ut ꝺ re colorata et aere puio. i. ꝺ aer̄ puio & lucido q ur̄ & ē mediū in uidēdo ptes Dico magne zm q̃titatē occultant p ipsū. s. uestigiū Pōt gº ex dictis. A. formari talis rō illꝺ appꝫ oculo interius. p qꝺ locꝰ cornee in q̇ ē n̄ fit puiꝰ. sꝫ p uestigiū q̃tūcūq; puuꝫ locus cornee i quo ē nō fit. puius ut patet. qa aliter non diceret uestigiū. gº appꝫ ocl'o iteriꝰ. maiorē uero rōis. A. pbat. qa p ptē cornee nō puiā ubi ē uestigiū nō pn̄t portari ptes spēi rei uisibilis. imo magne ptes rei uisibilis. siue sint res colorate. ut pietes & huiusmōi. siue sit corpꝰ lucidū. ut aer occultant. & qa occultāt uisus nō pōt illas iudicare positiue sꝫ priuatie. & hº mō pꝫ illꝺ uestigiuꝫ.

¶ Est sciēdū qꝺ istetio. A. ē ualꝺ cōsona nostre expositiōi supius posite. uolēs eni ꝺclarare qūo uestigiū in cornea appꝫ ocl'o interiꝰ. declarat p hº qꝺ phibet & occultat zm illā ptē in q̃ ē ps rei uise. Nō gº ul't. A. qꝺ illꝺ uestigiū uideat p suā spēm. sꝫ ocultādo ptes rei uisibilis ab extra Et cōsydera qꝺ si. A. dic̄ ꝺ uestigio cornee ꝙ hº nihil appꝫ ocl'o infirmi. multo magis hº ē uerū ꝺ uaporibꝰ stantibꝰ i cristallia ul'albugieo. zº ē sciēdū qꝺ si uestigiū siue uapor i ocl'o n̄ omio phibeat penetratiōeꝫ zm ptē i q̃ ē. s. coloret illā ptē. ut stet aliq̃ puietas. sic̄ dictū ē sup ꝺ uitro dyafano colorato. tūc res extra apparēt ꝺ colore illiꝰ uestigij ul'uaporis & phibꝫ recipi rē sub p̄po colore. & recipit sub colore uaporis. & iō sic iudicat. Q VE SI. Hic declarat q̃re illꝺ uestigiū n̄ appꝫ ocl'o exteriꝰ. s. ocl'o medici l'alterius inspiciētis. & prio facit hº. zº remouet dubium ibi zª. magna ps. ¶ Dic̄ pº qꝺ si hº uestigiū zm ueritatē repiret extra eēt res ualde pua sic qꝺ p eius puitatē nō uideret. & eodē mō. stās in cornea nō ur̄ pp peruietatē. & iō dic̄ q̇. s. res existens in cornea. ut uestigiū. l' q̇. s. ps cornee in q̃ ē uestigiū si repta foret exteriꝰ zm ueritatem. i. si poneret i re extra. ut i aer̄ l'i piete eēt pª illa ps. i. cornee ul'uestigiū occultū de qº dictū ē. & pter multā paruitatem non uideretur. & qa statim diceret aliqs. si hec res est ita pua qūo pōt ocultare magnas ptes rei uise. Rn̄det Auic. ꝙ hec res est magna ps respectu q̃titatis formarum que sunt in foramine uuee. licet sit pua ps respectu ētiū mōdi que uidētur & hoc est qꝺ dicit illa pars que est in cornea. i. uestigiū ocultū esset parua si extra poneretur & sup. tn̄ cū hº est magna pars formaꝝ. i. specieꝝ uisibiliū que sunt in foramine uuee qa per ipsum trāseūt & ueniunt ad cristalinā. Si gº hº uestigiū uel locꝰ in quo est magª pars specieꝝ. i. respectu specierum. gº poterit magnā partē secūdū quātitateꝫ de speciebus ocultare & de uisibilibus. Aliter tn̄ littera posset exponi & in idē reddit. ppter qꝺ est sciēdū qꝺ parti in qua est uestigiū occurrit aliqua ps speciei rei uisibilis que ps spēi est paruissimū qd. ita qꝺ si illa ps speciei uisibilis poneretur extra secūdū uarietatē qa esset aliq̃ res p se subsistēs uel forma realis esset parua & tn̄ illa pars esset magm. frustrū uel magna pars formarū uel speꝝ ueienciū ad pupillā & hº ē qꝺ dic̄. q̇. s. ps spēi uisibilis ocl'tata. si cteriꝰ &c̃. ¶ Est sciēdū qꝺ ut summit ab. A. in 6º. ꝺ

naturalib⁹ in fine in pupilla describit̃ forma uisus & uisibiliũ. Si g° forma mõtis d̃scribat̃. oꝫ qđ forma mõtis diuidet̃ zᵐ diuisiõeꝫ ptiũ pupille. imo si qs cõsyderat forma mõtis diuidit̃ zᵐ diuisiõeꝫ ptis pupille uł cristallie ĩ q̃ terminat̃ cõus lineaꝝ uisibiliũ. Si g° pupillã ł ptẽ ei⁹ diuidis ad tot ptes ad q̃t diuidit̃ mons. tũc pussima ps pupille ẽ incõpabiliter minor pua pte montis & iõ si illa pars pupille extra poneret̃ eẽt q̃ i insensibilis. & tñ ipa recipit spẽꝫ uisibilẽ q̃ ẽ spẽs magne ptis montis Paruissimũ g° uestigiũ qđ per suã paruitatẽ ẽ ocultũ ẽ ipediẽs uisionẽ magne q̃titatis mõtis ł alteri⁹ rei. ut xẽplũ ẽ i figura extra. ¶ Sꝫ tu dices pua ps. q̃ pupilla q̃ phibet uł recipit spẽꝫ ẽ ens naturale. lꝫ qđ libꝫ ens naturale ẽ sensibile ut dõit Auer. in. 8. phisicoꝝ. co°. 23°. g° illđ si extra põat̃ sentiet̃ cu⁹ cõtrariũ dic. A. ¶ Dico qđ si ẽ sensibile. ẽ sensibile occultũ Vł aliter dico qđ minimũ entis naturalis p se potẽs subsistere ẽ sensibile. illđ aũt minimũ qđ recipit magnã ptẽ montis uł phibꝫ ẽ ens naturale inexistens ñ tñ possꝫ existere nec p diuisũꝫ i actu haberet illã opatiõeꝫ. Hic uero eẽt loc⁹ speculatiõis. LI A aũt Hic exeq̃t̃ de imaginatiõib⁹ q̃ꝝ cã ẽ i hũorib⁹. & prio p̃mit tit. diuisiõeꝫ. dicẽs. qđ ẽ zᵐ duas res. i. zᵐ duos modos. z° đclarat. 3° isert quadã aliã diuisionẽ. ibi zᵃ. quoniã aũt iã. ibi tertia. illđ uero euacuat̃ pma pꝫ. Et zᵃ ps diuidit̃ in duas. primo declat unã p. ẽ. z° aliã. ibi zᵃ. aut accidit. ¶ Dic prio ꝙ pm⁹ mod⁹ fiendi imaginatiões ex re q̃ existit i hũorib⁹ ocłi. ẽ qm̃ ẽ iã cõuersa substãtia ei⁹. s. hũoris albuginei uł cristallini i humiditate & c. ¶ Est sciẽdũ qđ hec cã imaginatiõis quã Auic. hic inuestigat ẽ q̃ accidit ualꝫ frequẽter. Cõtigit eni qđ in hũoreꝫ albugineũ aliquãdo penetrat aliq̃ hũiditas ualđ subtilis & satis clara. nõ tñ tãtũ q̃tũ ẽ hũor albugine⁹ & hec humiditas q̃i trãsmutat in ei⁹ naturã ptẽ albuginei quã attigit & ẽt albugine⁹ quasi illã ad se transmutat & h° accidit iõ. qa illa hũiditas ẽ satis cõformis hũori albuginco. ex pte ergo albuginei quã illa hũiditas tangit & ex illa hũiditate quasi cõficitur unũ. & illđ ẽ cã imaginatiõis. & hoc ẽ qđ dic̃ littera aut iã conuersa ẽ substãtia ei⁹. s. hũoris albuginei in hũiditatẽ ex eo qđ ẽ exteri⁹ ab ipsa. s. substãtia albuginei. i. ex aliqua hũiditate corporea q̃ uenit ex albugineo ab extra & intrat i eũ. ad qđ. s. extraneũ hũidũ cõuersa ẽ substãtia ipsi⁹ & c. s. albuginei quasi dicat. cũ g° dixerim tibi qđ substãtia albuginei iã cõuersa ẽ in hũiditatẽ ñ itelligo i hũiditatẽ qualitatiuã siue cõplõnalẽ. lꝫ in hũiditatẽ corpulẽtã q̃ ẽ q̃dã corpus humidũ extraneũ ad qđ cõuersa est substantia albuginei. quia sunt facti unum & ut sic unum potest dici conuersum in aliud. quia est quedaꝫ

mistio & h° uoluit littera exterior cũ dicit aut qm̃ iaꝫ cõuersa ẽ. s. suba albuginei ad ipsaꝫ sub̃stãciã hũitatis. s. p mistionẽ corporis. Sꝫ tu. d. quo g° ẽ cã imaginatiõuꝫ si hec hũiditas ẽ ita cõsimilis albugineo. Dico ꝙ lꝫ sit sił is nõ ẽ oĩo sic diafana uel sic subtilis. uñ alio mõ trãscũt p illã linee uisuales q̃ per ptẽ albuginei. imo cñꝫ lꝫ illa hũitas sit satis diafana tñ q̃dãmõ frãgit radiuꝫ & apparet sicut nebula clara. ¶ z° . d. tu. possꝫ ne illa hũiditas facere imaginatões absq̃ cõuersione ad subaꝫ albuginei & albuginei ad illã Dico ꝙ sic. s. A. nõ curauit ponere qa est notuꝫ & qa illa hũitas nõ diu durat absq̃ hac cõuersiõe ¶ No. ꝙ illa q̃ dc̃a sunt̃ albugineo possent intelligi đ cristallino lꝫ nõ sit sic facile ptẽ eius mi sceri & cõuerti cũ hũitate extranea ꝑpter aliq̃ duriciẽ qua hẽt respectu albuginei. AVT accidit. Hic đclarat aliã partẽ siue modũ. ꝑpter qđ est sciendũ qđ hic modus differt a ꝑcedẽti qa cã faciẽs has imaginatões ẽ mala cõplexio in albugineo. sed cã pdc̃i mõi est corpus hũidũ ut apparuit & iõ dic hic. aut accidit pti eius. s. albuginei malicia cõplonis. s. sine materia que permiscetur albugineo. ¶ Secũdo est sciẽdũ qđ p uietas siue disaneitas seq̃t̃ modũ determinatum cõploĩs siue cõmistiõis. ut inuit. G. in p° de regimine sanitatis ca. 6°. cũ g° mala cõplo eueniens hũori albugineo põt esse cã remotõis sue puietatis. iõ dix. Accidit malicia cõplõis eius. s. albuginei alterãs colorẽ impꝓpe sumẽdo colorẽ. iõ subdit & p. i. remouẽs eius puietatem. ¶ Tertio est sciendũ qđ notãter dixit pti eius quia si mala cõplõ accidit albugineo & remouet puietatẽ tũc fit. cecitas. sed cũ remouet in pte tũc fit imaginatio. & iõ dixit in littera quare nõ fit p uia illa q̃titas eius. s. ñ si nõ ex toto remoueret puietateꝫ. sed cũ coloratõe puietas staret sicut in uitro colorato & trãspareti tũc oĩa uiderẽtur illius coloris si tot⁹ albugineus sic esset disposit⁹ h° tñ nõ cõsueuit dici de imaginatõe. s. cñ oĩa que uidẽtur iudicãtur unius coloris. ¶ Quarto est sciẽdũ đ h° qđ A. dicit qđ ꝑter quatuor mõs male cõplõis remouerẽtur puietas hũoris albuginei cui superuenit mala cõplexio. s. ꝑter frigus aut. hũitatẽ. & Auicena nõ assignat modum secundum quem frigus uel humiditas cõplexionalis remouet peruietatem qa forsam credit eẽ notũ. frig⁹ eni fac̃ h° mortificando & constringendo. lꝫ humidũ fac̃ h° ingrossando. Conatur tñ A. declarare modũ p quẽ calidũ tollit puietatẽ. qa zᵐ illã partẽ albuginei cui occurit cõplexio mala calida. generat̃ q̃daꝫ. ut uapor aere us. qa calliditas euaporat & subtiliat partẽ albuginei. illa g° pars aeris mista parti albuginei faceã albã siue lacteã & remouet ei⁹ puietas & sit imaginatõ. & iõ sic expõat̃ zᵐ g° illã q̃tita

tē.i.zᵐ illā ptē albuginei i qua accidit mala cō
plexio calida apparet in ipso.s.albugineo aerie
tas.qa calor cōuertit ptē albuginei in aere3 uel
uaporē ¶ Et ex pprietate &c̄.Hic.A.ēt assi
gnat mō3 i q mala cōplexio sicca remouet puie
tatē ptis albuginei cū dic̄ aut pp siccitatē aggre
gantē uald̄.sicuū eni terrestricādo & accētrādo
aggregat ptē albugiei cui occurrit et tollit puie
tatē & maxie si ualde aggregat. ¶ Quito est
dubitatio.utrū aer mistus rei puie faciat illa3 al
bā.Vr̄ qd̄ nō.qa aer in se ē dua.⁹.g° mist⁹ rei
saluabit suā puietatē ¶ In cōtrariū ē.Aui.&
Ar.in 5° de generatiōe animaliū.ca° 5°. ubi dī
qd̄ aer plus trās albedinē fac̄. ¶ Dico qd̄ aer
mistus reb⁹ reddit illas albas.Rō ē.qa ei⁹ sub
tilitate illas plustrat.ut pōit Ar.& qa cōuertit
res ad quādā spumositatē & ipsa spuma ē al
ba.Vnde Ar.ibidē.aer albedinē fac̄ sic̄ spuma.
Idē pōit i z° de generatiōe animaliū ca°.5°. &
pp hāc cām ptisana cū oleo ē albior.si bene mi
sceat̄.fit eni ex h° spuma° qdam ut pōit Ar.zi.
pticula.de pblematib⁹.pblemate p°.Et ex h°
ēt accidit qd̄ lixiuiū oleo mistū.fit sic̄ lac.qa lixi
uiū diuidit ptes olei.& fac̄ aerē i ipsas penetra
re.& fit sic̄ spuma.l3 tñ nō appareat spuma.tñ
q̄to minores sunt anipulei suma.tāto ē albior
ut pōit Ar.i z° d̄ generatiōe animaliū.c° 5°.&
h° ē qd̄.A.uult.cū dic̄ .ex pprietate aerietatis
ē cū pmisceret̄ hūiditati subtilli puie.sic̄ ē albu
gine⁹ qd̄ faciat ipsa3 lactei coloris &c̄.Et nō so
lū aūt qñ pmisceret̄ subtilli hūiditati.imo qñ
pmisceret̄ reb⁹ grossis.ut app3 in disruptione
cornu nigerrimi.& i trituratiōe cristallini. Ad
cōtrariū dicēdū qd̄ l3 utrq3 sit puiū.tñ ex trās
mutatiōe ad iuicē pōt resultare aliqd nō puiū
l3 color alb⁹ sit ppīqor colori puio.sic̄ ēt ex rē⁹
q̄ ñ sunt nigre ut cortices granati & uinū simul
faciūt aliqd nigrū ¶ Sexto ē sciēdū qd̄ littera
q̄ dic̄ s3 erit illd̄ qd̄ supuenit ei ex ea.in alio est
littera uald̄ d̄ficilis.Et repio qd̄ Dy.exposuit
sic.Illa imaginatio q̄ fit a mala cōplexiōe sicca
erit in alio.i.app3 iuxta alid̄.qa si respicis murū
uł montē uł lignū apparet iuxta illd̄.Hec.expo
sitio ē cōis omni imaginatiōi.qa q̄lib3 res stans
i oculo cū inspicit̄ iudicat̄.qd̄ sit iuxta illd̄.imo
h° uī uł ōmi ōd̄ uī ut demōstrat Gal in x°.
li°.de utilitate pticulaꝶ.ex h° eni contingit qd̄
mōtes q p multa milaria distāt apparēt iuxta
se. ¶ Secūda expositō ē q̄ alias d̄di qd̄ siccitas
maxie sup uenit albugineo ex glaciali & uitreo
qa ibidē ē e⁹ pcessus & e⁹ huectatio.& iō dic̄
illd̄ qd̄ supueit ei.s.albugieo.ex ea.s.siccitate.e
rit i alio.s.uitreo ł cristallio zᵐ p'urimū. 3ª ex
positio ē ēt mea Propter qd̄ consydera qd̄ ima
ginatōes pueiētes a siccitate non sunt d̄ ca° ima
ginatōu3 pcedētiū aquā s3 sunt de ca° qa sunt

solū imaginatōes.Caᵐ aūt de imaginatōibus
maxie fit ut de eo p aquā portēdit.& h° ē qd̄
dicit.s3 illud qd̄ supuenit ei.s.albugieo ex ea.i.
siccita e erit in alio.i.ca° a ca° aque.i.catharacte
Vñ Rasis in.z°.cōti.ca°.3° auctoritate Iohanni
cii dicit qd̄ accidit pacieti ꝙ quasi uidet pillos
& cimices & nō ex inceptōe cataracte.sed ex si
citate albuginei in aliqb⁹ locis.4ª expo° ē mea q̄
placet.pp qd̄ sciēdū ꝙ tunc imaginatio ē ppē
qñ pti albuginei accidit qd̄ colorat̄ & pdit pui
etate.si.n.totū pderet nō diceret̄ imagina° ppe
& iō.A.dicit accidit pti e⁹.Pōit aūt.Auic.duos
modos in hac imaginatōe.pm⁹ ē qa cōuertatur
in hūitate ps sube ppe albuginei eo qd̄ intret in
eū aliq̄ hūitas.Alius ē qa accidat mala cōplō si
ne materia pmutans colorē albuginei.Hoc aūt
dupliciter intelligi pōt.Vno mō sine materia qa
nulla cōcurrat ca hūoralis uel uapor sed solum
causa primitiua & h° nō uidetur possibile nisi
raro qa caliditas frigiditas & siccu siue hūidū
sine materia uidetur qd̄ possit attingere unam
ptē paruā albuginei solā uerbi g̃.color fortissi
mus solis non uidetur qd̄ de albugineo tātā in
flāmare possit q̄titatē q̄tū est unū granū papa
ueris & nō plus & ab illa pte remoueat puie
tatē.Alio mō pōt intelligi sine materia qa licet
in mala cōplexione hac cōcurrat aliqua materia
uer.g̃.aliqs uapor intrās in albugineū.tñ ille
uapor remoueat puietatē a parte albuginei q̄
tāgit cōplexionē suā alterādo & non qa albugi
neus cōuertatur subaliter i illū uaporē nec ille
uapor in albugineū.sic ergo accidit albuginei p
ti malicia cōplexionis calide uel frigide uel sicce
uel hūide remouētis puietatē.Diceret post.sed
tñ illud qd̄ supueit ei albugineo ex ea.s.cōplexi
one mala erit in alio.i.in aliqua materia ut i ali
quo uapore intrāte albugineū.&h° dico utplu
rimū qa si aliud cōtingeret hoc raro esse ponit̄
.s.ꝙ a cā pmitiua uel alia alteratōe sine materia
una ps albuginei alteret̄ & alia nō.& h° pter
diuersitatē ptiū albuginei qa ut dicūt oēs phi
losofantes.ōe mistū eterogeneū .Quita exposi
tio est.qd̄ cā siccitatis erit in alio.i.qd̄ hēbit mul
tas alias cās qa quedā est per alteratōem.s.sici
tas & quedā per humidi cōsuptōem .Sexta ex
positio est ꝙ hic reasumit mēbrū diuisionis &
cōplet subdiuisionē eius ut dicatur qd̄ illa que
existit in hūorib⁹ est secūdū duas ptes.i.dicitur
uel quia substācia albuginei cōuersa est in hu
miditatē.i.aliqua hūitas siue aliqs uapor pue
niēs ab extra ad albugineᵐ aut accidit ei mala
cōplexio caliª fri.sicca et hu. Si aūt aliq̄ hūitas
puenit ad albugineū tūc illd̄ qd̄ pōt supuenire
albugineo ex ea.s.hūiditate.erit in alio.s. mē
bro a quo surgit illa hūiditas.siue q erit in toto
corpe ł stomacho ł cerebro.siue sit fixū accidēs

qa figat̃ ille uapor siue nõ fixũ.qa nõ figat̃. &c iõ merito infert.gº &c̃.Hec tñ texta expositio ex p̃missis põt itelligi. ¶ ERGO ñ euacuet̃. Hic ifert quãdã aliã diuisiõez & seq̃t ex q̃rta expositiõe.qa si aliq̃ mala cõplexio q aduenit p̃ ti albuginei.ẽ i alio ut plurim.u.qa ẽ i uapore t̃ i hũiditate aliq̃ itrãte albugineũ .gº hec imagina tio puenies ab ista cã uit̃ e accides nõ fixũ.sz p̃ uenit a uaporib⁹ q eleuãt a toto corpore.t̃ aliq̃ p̃te.& cũ sint subtiles ueniũt & recedũt sic fit in accidẽtib⁹ creticis.s.p sanguinẽ nariũ p̃prie.& post uoitũ .imo ẽt ante uomitũ.Et p⁹ irã.sup. & ẽt in ira.uit̃ ẽ accidẽs fixũ i eo.s.albugieo.& hº.qa hũres sunt grossi ñ resolubiles.Et portẽ dit aquã.i.ẽ signũ eq̃ qa catharacte. ¶ Est du bitatio.utp̃ imaginatiões puenietes a uaporib⁹ stomachi.portẽdãt aquã uit̃ q̃d nõ.q Ga.i 4º. de iteriorib⁹ uit̃ distiguere imaginatiões portẽ dẽtes aquã ab imaginatiõib⁹ stomaticis.idẽ ẽt Rasis in nono trac .Almãsoris.& Iesus trac 3º cº pº.Vñ Rasis i zº cõtinẽtis dic. imaginatiões ut sunt ex incepñõe catharacte uit̃ ex re cõcepta in stomacho. ¶ Itẽ imaginatiões.nõ fixe. & in qb⁹ nõ app3 turbiditas pupille nõ significãt a quã.ut inuit Aui.hic & Gal.in pallegato caº.s3 imaginatiões stomatice sunt huiusmõi.ut põit Gal.ibidẽ. ¶ In cõtrariũ uit̃ text⁹ Gal.in 4º d̃ iteriorib⁹.caº pº.ubi dic.sunt q̃dã imaginatiões sic his q sunt i pricipio catharacte.et subdit q̃d siũt p̃p colligãtiã stomachi uit̃ cerebri. ¶ Item 3oar iiº pº trac.8º cº 12 .dic q̃d hec aq̃ generat̃ ex uaporib⁹ & fumositatib⁹ ascẽdẽtibus a sto macho & a toto corpore supiu⁹. ¶ Itẽ Rasis i diuisiõib⁹ ponens pricipiũ eq̃ põit imaginatio nes q̃s postea diuidit in stomaticas. & non sto maticas. ¶ Itẽ.Aui cura imaginationũ porten dẽtiũ aquã doc3 purgare p̃pe stoãchũ. ¶ Dico q̃d uterq̃ imaginatiões possunt portẽdere aq̃ .s.stomatice & cerebrales.& que sunt ocl̃o p̃pe .s.de ei⁹ superfluitate.Rõ ẽ.qa omis uapor pue niẽs ad oculũ.s.interi⁹.& potẽs cõuerti i aquã portẽdit eã / uapor stomachi ẽ h⁹.ut p3.& etiã cerebri & superfluitas nutrimẽti ocl̃i.Vñ glosa 9º.Almãsoris dic.cã aq̃ q ad oculũ descẽdit est. qa illd̃ q̃d ad oclũ erat solũ dissolui ex ocl̃o ñ dissoluit.ut.p3 & c̃.q̃uis tñ hº sit certi⁹.tñ certi us portẽdũt aquã imaginatiões q fiũt cã cerebri t̃ ocl̃i q̃ cã stomachi.& hº p3 pº.qa materie cũ faciũt has imagiatiões & ueniũta cerebro.et ab ocl̃o sunt magis cõformes generatiõi aq̃ q̃ cũ a stoãcho ascẽdũt.qa sũt magis p̃piq̃ natur̃ stati ce/& aq̃se ut patet.secũdo qa difficilius ẽ ma terias faciẽtes illas imaginatiões euare.sed faci lius est purgare illas que sunt a stomaco.uñ.G in.4º.de interioribus ca.p̃dicto dicit q̃ hec ac cidẽcia p̃pter stomacum existẽcia faciliter pos

sunt curari.Auctores gº medicine quãq̃ distin guãt imaginatões stomaticas ab imaginatõib⁹ que sunt p̃ncipiũ aque.nollũt tñ negare q̃ ima ginatões stomatice possint esse principiũ aque sed uolunt q̃ nõ sunt sic certũ principiũ.& ideo nõ tatũ timet̃ de eis iõ Rasis 9º Almãsoris dic & hº eni q̃d cã stomachi accidit nõ ẽ mltũ timẽ dũ.ẽ tñ timẽdũ. ¶ Ex his cessant cõtraria.

¶ ET ISTE QVIDEM. Hic ponit diuersita tes imaginationũ.& p3. ¶ Est dubiũ.qa.Auic. isufficiẽter enumerat has diuersitates imagina tionũ.qa est diuersitas in colore earũ ut ponit Azaranius in cº de aq̃.& Haly.tra.3º coº 18º. ¶ Dico q̃d secundũ Haly.ibidẽ imaginatiões diuersificant̃.Vno mõ zm diuersitatem uapoꝝ qa si est multus est imaginatio magna & si est paucus parua.& si est uapor grossus apparet grossa.& si est subtilis apparet subtilis.& hoc improprie uocatur essentia. ¶ Sed tu dices si imaginatiões uidentur non per p̃priam speciem q̃uo potest apparere illarũ grossicies. ¶ Dico q̃ hoc est quando habent aliquaz transperantiam. Tertio si ẽ rarus uapor apparẽt rare imagina tiões.raritas uero reduci põt ad situ .qa ẽ sit⁹ priũ uit̃ cõsistit in situ priũ. ¶ Quarto si uapor stat in forma grani uit̃ cimicis t̃ musce t̃ fili uel rei subtilis.ut capilli app3 imaº figure ei⁹. & eodẽ mõ d̃ color̃.s3 hũor t̃ uapor cuiusq̃ coloris possit facere imaginationẽ q apparebit nigra p̃uatione lumis & iõ .A.nõ dixit de hac diuer sitate uel forsam dedit intelligi.Alii tñ modi sunt qbus imaginatões diuersificãtur ut itelli gitur ex eo q̃d p̃cessit de ca. hic uero ponit di uersitates imaginatõu3 maxĩe de uaporibus.& iõ dixit & iste. ¶ Est duº.zº.si de uapore alte rius mẽbri possit surgere imaginatio & prin cipiũ aque .dico q̃ sic.s.ab epate splene matri ce & gẽraliter a quocũq̃ mẽbro põt surgere ua por ad cerebrũ & exinde ad oculos ab eo põt esse p̃nm imaginatõu3 & hº est si ẽ subtilis .s3 si ille uapor sit aptus ingrosari erit principiu3 aque & cõsidera hoc.

SIgna eaꝝ. Hic.A.ponit sig.a imagi natõu3 & differẽtiã inter eas.& p̃rio ponit sig.a imaginatõum q̃ꝝ cã cõprehẽdebat̃ a uisu acuto egre diente cõsuetudinẽ.zº põit sig.a eaꝝ quaꝝ cã cõ prehẽditur a uisu ẽt si nõ sit extra cõsuetudi nẽ uisuũ.ibi.z.a.Et illã q fit. ¶ No.pº q̃.A.po nit tria sig.a imaginatõnum ueniẽtiũ ab acuita te uisus. pm ẽ q̃d sunt leues.i.nõ impẽdiũt uisi onis actũ.secũdũ est quia non sunt secundũ unũ modũ & figurã.Rõ ẽ.qa ista minima q̃ uolãt i aere.& uapores a quib⁹ nõ euacuat̃ corpus & natura omnino nõ sunt ẽt zm unum modum &

figurā. Tertium ē qđ homini aliquo tempore associat̄ sanitas. Ratio ē. qa nō red dit se de hoc solicitū. uel qa non ē omnimoda claritas in aere ut appareāt. ul' qa uisio ei⁹ obtūdit̄ assumptio ne aliquorū ciborū uel uisu aliquorū corporum

¶ ET ILLAM. Hic ponit signa imaginationum. quarū cā comprehendit̄ a uisu. si non ē extra cō suetudinē uisuū. p° determiat de imaginatiōe cuius cā ē in cornea z° de ea c⁹ cā ē in albugineo z^a ibi. & illa que fit. p3 c đ dicit. ¶ Est sciendu3 qđ Auic. pōit tria signa huius imaginatiō s. cui⁹ cā est in cornea. s. eius uestigiū occultum. Primū signū est cā eius predicta supra. s. in trac. z°. & supra in hoc c°. qa precesserit uariola in cornea uel obtalmia uel bother uel ulcus. Secundum signū ē qđ figitur & nō cresit. Dixit uero aliq̄ tēpore. quia nūq̄ non figit̄. imo remouetur. sic uidemus hec in etate puericie. uel nūq̄ posset addi qa ꝑicula in qua fuit uulnus. & ubi est cicatrix modo ꝑ pp debilitatem nūq̄ recipit mate rias. Tertium signū est qđ non facit aliud nocu mentū nisi suum. quia non est signum aque.

